
colorchecker CLASSIC
x·rite
mm
(cm)

969

Peti

e

10283

Réparé à l' atelier de
la bibliothèque en 1973
Mr Perrot -Minnot

Dei precepta gallice hic apponuntur ... /

Croy en ung dieu tant seulement
et l'aymes plus que riens au monde
et ton prochain pareillement
car ton salut tout y redonde



Secundum.

Dieu ne les sainctz ne jureras
pour chose vaine [illegible]
ne point ne te parjureras
car c'est chose contre raison.

Tercium.

Les dimanches et les grans festes
labourer [illegible]
ne ta famille ne tes bestes
Mais a dieu servir les feras

Quartum.

Pere et mere honnoreras
et leur obeiras franchement
et de tes biens leur aideras
s'ilz ont besoing [illegible]

Quintum.

Homme ne tueras [illegible]
de [illegible] bouche ne de fait
mais ce juge les pugnira
[illegible] selon son [illegible]

Sextum.

Le [illegible] ne commettras
[illegible]
hors mariage [illegible]
[illegible]

Septimum.

L'avoir ne prendras [illegible]
et [illegible]
[illegible] son congie [illegible]
[illegible]

Octavum.

En jugement faulx tesmoing
contre ton prochain [illegible]
[illegible]
[illegible]

Nonum.

La femme ne desireras
de ton prochain fille ou [illegible]
[illegible]
[illegible]

Decimum.

[illegible]
[illegible]
de ton prochain la substance
[illegible]

# SENECA DE QVATTVOR virtutibus Cardinalibus.·.




Les dimanches messe orras
et les festes de commandement
Tous tes pechés confesseras
A tout le moins une foiz l'an
Et ton createur recepvras
Au moins a Pasques humblement
Les festes sanctifieras
Qui te sont de commandement
Quatre temps vigilles jeuneras
Et le caresme entierement

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

SEneca cordubenſis: philoſophus vir doctiſſi=
mus Stratini ſtoici diſcipulꝰ romę Lucani poe
tę patruus: romę claruit tempore Neronis im
peratoris: cuius & preceptor fuit. Huius tem=
pore glorioſi apoſtoli Petrus & Paulus romę predicabāt.
Fuit autem Seneca vitę honeſtę magnę abſtinentię: & con
uerſationis vrbanę: & modici ſomni. cum igitur Seneca &
multi de domo cęſaris ad paulum confluerent: pre cęteris
ipſe beato Paulo familiaris erat: propter diuinam ſcientiā
quam in eo viderat: vt vix ſe ab eius colloquio īperare po
tuiſſet: & quando cum eo ore ad os loqui non poterat: fre
quentibus ępiſtolis datis & acceptis eius amicabli collo=
quio fruebatur. Scripta quoq; pauli coram cęſare legit: &
in cunctis eum amicabilē reddidit. Senatus etiam de pau
lo alta ſentiebat. Hic Seneca continentiſſimę vitę fuit: quē
beatus Hieronymus ſanctorum catalogo annumerauit: il
lis epiſtolis prouocatus quę leguntur pauli ad eum: & ip=
ſius ad paulū. Hic ante biennium q̄ petrus & paulus a Ne
rone coronarentur martyrio totaliter interfectus eſt. Ipſe
enim Nero quadam die reſpiciēs Senecam: & vebera quę
ſibi in pueritia intulerat ad memoriā reducens infremuit:
ac tanq̄ iniuriarum vltionem expetere de illo cupiens pre
cipit. vt quodcunq; genus vellet mortis ſibi eligeret. Sene
ca ergo quaſi ſuaue genus mortis arbitrans in balneo mo
ri: inſciſionem vtriuſq; venę brachii elegit.

Item Seneca non dicitur quaſi ſe necans. Nam nihil reſ
piciens ad malum operatur malum: Seneca autem mora=
liſſimus erat: quare ſi ſeipſum necaſſet moralitatem exceſ=
ſiſſet: ſed dicitur quaſi ſenio nens chra. i. vtilia. documēta.
ſcilicet preſentis libri quem in ſenectute ſua compoſuit.
Vel ſi debet exponi quantum ad eius interitum hoc voca
bulum ſeneca: tunc dicitur ſeueritate neronis cadens. Nā
nero ipſum interficere volens: permiſit ſibi vt eligeret ſi=
bi mortem: & ſic ſibi ipſi elegit permiſſionem ſanguinis
cuiuſlibet vene in balneo: vt leuiori morte obiret.]

# INCIPIT LIBER LVCII ANNEI Senece de formula honeſtę vitę vel de quattuor virtutibus cardinalibus.

QVattuor virtutū̄ ſpecies: multorum ſapientum ſententiis diffinitę ſunt: quibus animus humanus cōptus: ad honeſtatem vitę poſſit accedere.

Gn̄alia ī pricipio libri cōſiderāda.

Pro generali noticia preſētis libri: iſta ſunt tenēda: que cōiter circa initia librorum dicuntur. Vnde ſciendum ꝙ noticia preſentis libri morali phīe ſupponitur. Et titulꝰ huius libri eſt. Liber Luccii Annei. Senecę de formula honeſtę vitę vel de quattuor virtutibus cardinalibus. Sed intentio eſt velle tradere librum de quattuor virtutibus cardinalibus. Sed vtilitas eſt: ꝙ cognitis his fructuoſe honeſtiſſime qꝫ vnuſquiſqꝫ ſuam vitam regere poſſit. Sed de cauſis eſt notandum. Vnde cauſa materialis ptꝫ ex ſequentibus. Cauſa autem efficiens non multum curanda eſt vt īfra patebit de officio prudentis. Non te moueat dicentis autoritas. &c. Dicitur tamen cauſa efficiens venerabilis ſeneca. Sed cauſa finalis eſt vt ea noticia habitaui ſtatum preſentis vitę moribus gratiſſimis et virtutibus ſupremis exornare poſſimus: & tandem poſt hāc vitam rationem virtutum & per earum merita vitam ſempiternam conſequi mereamur. Quattuor virtutum. &c. Iſte liber intitulatur liber Senecę de formula honeſtę vitę: de cuiꝰ ſubiecto vtilitate & cauſis viſum eſt. Vult ergo: ꝙ tātum quattuor virtutes cardinales: per ſentencias philoſophorum ſapientum deſcriptę ſunt: quarum virtutum affluentia homo adornatus ad honeſtatem vitę & humanę felicitatis gloriam poterit peruenire.

Harũ autẽ prima eſt prudẽtia. Secũda magnanimitas: Tertia cõtinẽtia: Quarta iuſticia: Sigulę igiť harũ his officiis que ſubtꝰ annexa ſũt: honeſtũ: ac bene morigeratũ efficiũt virũ.

Iſta eſt pars in qua auctor reddit auditores attentos: ponendo certum numerum virtutum cardinalium ad earum ordinem oſtendendum dicens. quattuor ſunt virtutes cardinales: vt patet in litera: quia ſecundum gregorium ſuper Ezechielem omclia. iii. quattuor virtutes cardinales accipimꝰ: dum eorũ ordinem cuſtodimus. Nota ꝙ iſte quattuor virtutes nominantur tribus nominibus. Primo enim nominantur principales. Secundo cardinales. Tertio generales. Principales: ex parte paſſionum & operatonũ. Sed cardinales dicũtur quia tota vita humana ſecundum moralitatem vnita eſt in his quattuor virtutibus. Sed generales ideo: quia motus & actus aliarum virtutum participantu a ſecũdariis virtutibus moralibus reſpectu quarũ dicũtur ſpãles ſubãnexe. Singule igitur. Illa eſt *tercia* ps prohœmii: in qua Seneca reddit autores beniuolos: oñdẽdo vtilitatẽ illarũ quattuor virtutũ q̃ ſtudẽdeˀ & addiſcẽde ſũt eomodo: quia ipſe cũ earũ operatõibꝰ hominẽ honeſtũ & bene morigeratũ faciũt: vtꝫ i littera Etiã iõ quia ille virtutes dñr bõa aĩe que maxime bõa ſit. x. ethi.

# DE PRVDENTIA

QVisquis ergo prudẽtiã ſequi deſideras: tũc recte per rationẽ viuas: & oia prius exiſties & ꝑpẽdas: & dignitatẽ rebꝰ nõ exopiniõe mltorũ: ſed natura earũꝗ cõſtituas.

Iſta eſt pars excutina: i qua magiſter proſequetur determinare de diuerſis virtutibꝰ. Et ſpãliter primo tract̃at de prudẽtia: ponẽs de eadã diuerſas doctrinas: ſicut patebit i proceſſu. Vult igitur primo: ꝙ ille homo q deſiderat imitari prudẽtiã: talis debet regularitet viuere ſecundũ dicta

Noĩa virtutũ cardialiũ

men recte rationis:ſic ꝙ non deficiat a virtutis via:quia ratio ſẽper deprecatur ad optia/primo ethicorũ. Et ideo qñ non regulatur actu rõnis imprudenter ducit vitã huius mũdi:eo ꝙ talis beſtialiter viuit. Vnde ex eo ꝙ homo ſequitur vſum ratiõis dicitur eſſe digniſſima creaturarũ. Sic econuerſo homo non ſequẽs rationem ſed ſenſualitatem: peior eſt beſtia.

¶ Nam ſcire debes:ꝙ quædã ſunt quę videntur eſſe bona:& non ſunt:& quędã non vidẽtur eſſe bona:& ſunt. Quęcũq; aũt de tranſitoriis poſſides nõ mireris:nec magni pcii æſtiſtimes:quia caduca ſunt. Nec apud te quę habes tanq̃ aliena ſeruabis:ſed pro te tãq̃ tua diſpenſes:& tanq̃ tuis ſemper vtere.

Hic autor in iſta ſẽtentia duplicia ponit. Primo namq; ſubdit correlarium ad emendationem predictorum: ibi. Nam ſcire debes. Dicens ꝙ quedam videntur eſſe bona ſecundum ęſtimationem vulgarum:vt ſũt bona fortuna: ſcilicet diuitię & honores:quę tamen non ſunt bona æſtimationem quia impediunt a ſummo bono. Et ꝙ quędam videntur eſſe mala ſecundũ vulgares :vt ſũt ſciẽtia & virtus: quę tamẽ non ſunt mala:immo ſimpliciter bona. Et ideo nõ debemus iſpicere opiniones vulgarium. quia vulgares veritatem non cognoſcunt:iuxta dictũ Boetii Libro quarto proſa quarta dicentis. Nequeunt enim oculos tenebris aſpectus ad lucẽ perſpicuę veritatis attollere. Siñesq; ſũt auibus:quarum intuitum nox illuminat:dies cœcat. Secundo ſubiungit duplicia bona ibi:quęcunq; autem & c. Volens ꝙ quedam ſunt bona tranſitoria & de his dicit:ꝙ prudens non debet ſuper his mirari id eſt magnam curam habere:quia labilia ſunt per philoſophum quarto phiſicorum:Omnia que ſunt in tempore:labuntur & corrumpuntur cum tempore. Alia ſũt bona æterna & perpetua: & de his dicit que apud te habes.i.in te. Et de illis dicit Boeti⁹ metro primo.

Si igitur prudētiam amplecteris: vbiq; idem eris: Et prout temporis rerumq; exigit varie= tas: ita te accommodes tempori. Nec te in ali= quibus mutes: ſed potius aptes te. Sicut man⁹ quę eadem eſt: & cum in palman. extenditur: & cum in pugnum conſtringitur.

Quid pru= dentia

Hic ponit & tāgit ſtabilitatem prudentis: qui in proſperis nō extollitur: nec in aduerſis impatientia turbatur vel conturbatur. Nam ſecundum philoſophū in ethicis. Pru= dens debet ſe habere ad modum tetragoni: id eſt corporis quadrati. Nam ſicut corpus quadratum ad quācunq; par= tem vertitur: ſemper manet idem & firmū: Sic homo pru= dens quolibet tēpore & loco: idem & firmus manēs abſq; reprehenſione. ſecundum exigentiam temporum & rerū mores ſuos poteſt mutare: nec in vllo mutatur: ſed potius ſe tempori coaptabit. Sicut hic vnam ſimilitudinē. Scīē= dum circa litteram q̄ prudentia ſic deſcribitur. *Eſt recta ratio rerum agibilium.* Quinto ethicorum: Vel ſic: Eſt bonorum & malorum cognitio: cum electione vni⁹: ſcilicet boni: & cum abiectione alterius: ſcilicet mali: cum malum nō cadit ſub electione ſub ratione mali. Et ergo illa auctoritas: inter duo mala minus malum eſt eligendum: inteligitur ſic: Sic duo mala obiiciuntur: minus eſt eligēdum: maius vero fugiendum.

Prudentis propriū eſt: examinare cōſilia multorum: & nō cito facili credulitate ad falſa pro labi.

Hic Seneca ponit vnam conditionem ipſius prudentis. Volens q̄ prudens quærere debet cōſilia multorum & nō ex propria preſumptione in errorem cadere: Illud idem docuit Ariſto. vt dicit Valerius maximus li. vii. Ari. āt [illegible]a liſt henē auditorem ſuum ad Alexandrum mittens: monuit vt cum eo aut q̄ rariſſime aut q̄ iocūdiſſime loqueretur:

q̄ primo ſalubris conſilia ageret:quia(vt ait Bernardus) Judicii eſt diſcernere quod liceat vel non liceat. Conſilii aūt probare quid expediat:quia ad prudentiam hoc partī conſiliari:vt dicit beatus Thomas in ſecunda. ii.q. xlvii. arti. vi. Ad prudētiam pertinet ratione conſiliari. Et hec conditio elicitur ex. vi. ethi vbi dicitur. Videtur āt prudē tis poſſe conſiliari:non quidem ad partem puta ad ſanitatem ſiue fortitudinem:ſed omino ad totum bene viuere.

De dubiis non diffinias:ſed ſuſpenſſam tene ſententiam. Nihil inexpertum affirmes: quia non omne quid veriſimile eſt:ſtatim verū eſt: ſicut & ſepius:quod primum incredibile videtur:non cōtinue eſt falſum. Crebro ſiquidem faciem mendacii veritas retinet Crebro ſiquidem mēdacium ſub ſpecie veritatis occultatur. Nam ſicut aliquotiens triſtem faciē ſiue frōtē aduerſam amicus: & blādam adulator oñdit: Sic veriſimile coloratur vt fallat:vel vt ſurripiat conatur.

hic autor ponit aliam conditionem ſapientis que ſeruari debet in cauſis incertis. Volens ꝙ prudens homo nō debet diffinire ſeu notificare dubia:ſed protrahere ſententiā donec veritatem experiri poterit:quia(vt ait autor. Quin qꝫ clauium)prudētis mos eſt varias inquirere cauſas:vt valeat mentem certificare ſuam. Icci̇rco non debet affirmare incognita:quia ex hoc poſſet in errorem cadere. Et ratione ſubiungit:quia non omne quod ſimilitudinem veri habet:verū huiꝰ ē Nec oīe quod videtur eſſe falſū:icredibile eſt.quia mēdatiū ſpē veritatis ſepe occultatur: & ecō uerſo. Tullius auctor ē in peradoxis(cū iquit) Nihil ē tā icredibile:quod nō dicēdo fiat ꝓbabile. Nihil tā horridū: tā icultū:quod nō velut ſplēdeſcat orōe. Et hoc oñdit hic

Seneca a ſigno:quia ſicut interdum amicus oſtendit faciē iratam aduerſum amicum:attñ huius non facit ex rancore.vl' cā odii:ſꝫ cauſa correctionis: quia procedit ex bono fūdamēto:quia iutrinſecus verus eſt:licet appareat extrīſecus habere frontē aduerſā.i.inimiciciā. Sed deceptor ſiue adulator ml'totiēs oñdit faciē amicabilē:quod procedit ex fōte odii.quia ſēper decipit aut decipere querit.Sic veriſiľe mľtotiēs coloratur:vt aſſumat f[illegible]ē veri. Prudens aūt dꝫ eē cautus:& nō facilis ad credendū : quia hoc viciosum eſt vt dicit Ouidius in li.faſt.ſed nos in viciū credula turba ſumus : Quaſi diceret:ex quo nos cōmunis popul⁹ ſumus faciles ad credendum:&.ergo in vicio ſumus:prudens autem debet inquirere cauſas.

**Si prudēs eſſe cupis:in futura proſpectū itende:& quę animo tuo contigere poſſunt cūcta propone. Nihil tibi ſubitū ſit:ſed totū ante cōſpicias. Nam qui prudēs eſt non dicit:ego nō putaui quidem hoc fieri:quia non dubitat ſed expectat:non ſuſpiciatur ſed cauet.**

Poſtq̄ Seneca in precedētibus oñdebat doctrinam quō ſapiens nō debeat eſſe facilis ad credendum:ſed debet certitudinaliter indagare veritatē. Iuxta illud Proſperi. Nō pateant faciles rumoribus aures.¡Quod neſcire iuuat credere minus liceat:Hic conſequenter continuando dicit:ꝙ prudens debet proſpicere ea que futura ſunt:& iuxta hoc ordinare negocium ſuum. Hoc idē vult Gaufredus ī poetria noua:cum dicit:Pręcurrant oculi greſſus : pręconſule mētem. Et vires metire tuas:ſi fortis es:aude Grandia. ſi fragilis humeris īpone minora. Que verba nil aliud pretēdūt:q̄ ꝙ ſapiēs debet pręcōſiderare oculis & mēte greſſus.i.illud ꝙ aggrediatur. Et iuxta vires & virtutes ordinare debet. Tullius auctor eſt in officiis libro primo. Magni ingœnii eſt cogitatione preconſtituere & ordi[illegible]e q̄ euenire poſſunt: Quia vltima raro correſpondent primis (vt ait Boeti⁹ de diſci:ſcola.ī fine) Prima licet q̄nq̄ʒ ſalua fiāt iudicia:vltima tñ alteri⁹ ſaporis coīgnamēta manebūt.

Infert ſeneca in textu ꝙ prudēti nihil ſubitū debet eſſe: quia mlͭa mala cōtingūt ex cōſilio veloci.vt dicit A gellus in ſpeculo ſtultorū. Rebus in ābiguis qu otiēs fortūa labo= rat:cōſiliū preceps nō debet eſſe nimis. Impetus vt memi= ni grauis eſt male cūcta miniſtrat:Si male cūcta:ergo nec vlla bene Ideo prudēs homo ſigula debet ſēper ꝓſpice= re:ne ī malum fīnē terminauerit. Ne dicat ego non puta= ui ꝙ hoc contingere debuit quia non partinet ad pruden= tiā ſeu ad prudēte:quia prudēs nō dubitat ſed expectat bo num non opinatur:ſed cauet.id eſt caute agit.

Cuiuſcunqꝫ cām facti inquirere: & cū initia re= rum inueneris:exitus cogitabis. Scito te in q= buſdam debere ꝑſeuerare: quę incepiſti. Quę dā vero nec incipere debes:in qbus ꝑſeuerare noxiū eſt: Prudēs fallere nō vult:nec falli pōt Boni ē viri etiā in morte neminē fallere. Opi niones tuę ſit iudicia. Cogitationes īutiles: & vanas:velut ſōnio ſimiles:non in mētem reci= pias: quibus ſe animus tuus oblectauerit:cū oīa bn̄ diſpoſueris:triſtis remanebis:ſed cogitatō tua ſtabilis & firma ſit ſiue deliberet ſiue quę= rat:ſiue cōtempletur/& nunq̄ recedat a vero.

In iſta parte autor ponit aliud officiū prudētie quod re= ſpicit originē in actu. Vn̄ īueſtigare cauſas rerū:eſt propri um prudentis. Teſtis eſt autor qcūqꝫ clauiū(cū dicit) Pru= dētis mos eſt varias īqrere cās Et virgilius ſecundo geor gicorū. Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas Tūc i= bi. Cum initia rerū īueneris &.c. Ponit notabile:pro quo facit philoſophus ſecundo de anima. Iuſtū eſt omnia a fi= ne denominare. & gaufred⁹ Si bene ſuccedunt non prima ſed vltīa ſpectas.a caſu deſcribe diē nō ſolis ab ortu. Et ali

bi. ꝙ cõplere neq̃s prĩcipiare caue. Me triſta. Quicq̄t agas prudenter agas: & reſpice finẽ. Quia finis eſt optĩ a cauſa Et cuius finis bonus: ipſũ quoqꜫ bonũ eſt. Sed ibi. Scito. ꝙ q̄buſdã &c. Autor ponit alia officia prudẽtie q̄tũ ad ſermonẽ ibi. Sermo quoqꜫ. Sciẽdũ ẽ ꝙ inter oia opera agenda ĩ oib⁹ reb⁹ quędã ſunt vtilia & bona: quę ĩcipiẽda ſũt: & ad finẽ deducẽda Sed alia ſũt opera vitioſa: in q̄bus non eſt perſeuerandum.

Nota

Sermo quoqꜫ tuus non ſit ĩanis: ſed aut ſuadeat/aut moneat/aut cõſolet̃/aut pręcipiat. Lauda parce. vitupa pcius Nã ſimiliter rephenſibilis eſt nimia laudatio: & immoderata vituperatio: illa ſiq̄dẽ adulatione: iſta vero malignitate ſuſpecta ẽ. Teſtimoniũ veritati nõ amicitię reddas: Cum conſideratione promittas: ſed plenius q̃ promiſeris pręſta.

Qnis ſermo vanus.

Hic ſeneca põit aliud officiũ prudẽtię quod reſpicit ſermonẽ prudentis dicens: qualiter prudens debet regere ſuũ ſermonẽ. d. ſermo prudẽtis nõ debet eſſe ĩanis. Vñ nota ꝙ ſermo vanus & inanis dicitur: qui profertur ſine vtilitate proferentis & audiẽtis. de quo hõ tenetur reddere rõem iu die nouiſſimo. Vñ prouer. x. Qui moderat labia ſua: hic prudentiſſimus eſt. Cui etiã cõcordat Cato. d. Virtutẽ primã puto compeſcere lĩguam Sed ibi: Lau. perce. &c. Hic ponit tria officia prudẽtie per ordinẽ. & vult ꝙ prudẽſ hõ laudet aliquẽ parce & moderate. vt patet in textu.

Si prudẽs es: animus tuus tribus diſpẽſſetur temporibus: preſentia ordina: futura prouide preterita recordare. Nam qui nihil de preteritis cogitat: vitã perdit. Qui de futuro nõ me

diatur: fatuus & obliuioſus appellat̃: & ĩ omnia in cautus incidit: Preponas igitur in animo tuo futura: bona & malla: vt illa ſuſtiere poſſis: & iſta moderare.

Hic ponit aliud officiũ prudentie reſpiciẽs quẽlibet hominẽ volentẽ eſſe tutum & ſecurũ. Et facit duo/primo ponit modum ĩ quo docet hoĩem eſſe circũſpectum & prouidum. Secundo eiuſdẽ modi cauſã ſubiungit: ibi Nã qui nihil &c. Quãtum ad primũ vult autor: ꝙ q vult eẽ prudens ille debet animũ ſuũ limitare tribus differãtiis temporum Debet eni primo ordinare nõ ſolũ ad ſuã vtilitatẽ ſed etiã ad aliorũ pñtia. Secũdo cauta cõſideratione preuidere debet ea que ſũt futura. Tertio cautior exiſtat in pñtibꝰ & futuris. Debet enĩ mẽorare & retiere ea que preterita ſũt. Vbi nota ꝙ recordatio preteritorũ valet nobis ad tria. Primo propter pñtis vite cõſeruationẽ. Secũdo propter pñtis vite emendationẽ. vt dicit Gaufredus. Tertio propter pñtis vite ſagationẽ & ordinationẽ. Nã preteritorũ cogitatio vtile prebet & conſiliũ in futuris. Tũc ibi: Preponas igitur Autor ponit aliam conditionem prudẽtie per modum concluſionis ex primis habitis volens ꝙ prudẽs debet aĩo ſuo preponere tam bona quam etiam malla. Bona iõ: ꝙ ipſe ſapiẽter moderare poſſit/ſe non nimiũ extollendo Mala ideo: ꝙ ea patienter tolerare poſſit/ & ſe nõ nimiũ conturbando. quia futura (vt inquit Ariſto. de Regimine principum) ſi pręſciantur leuius tollerantur.

Non ſemper in actu ſis: ſed interdum animo tuo requiem dato: & requies illa plena ſit ſapientię: ſtudiis: & cogitationibus bonis. Nã prudens nunq̃ ocio marcet: habet autem aliquando animum remiſſum: ſed nunq̃ ſolutum.

Hic ſeneca ponit aliud officiũ prudentie. volens ꝙ nõ ſẽp
opꝫ prudẽtem eſſe ĩ actu.i:in cõtinuis ſtudiis & imaginati
onibus/ſed aliqñ aĩo ſuo refrigerium pręſtare põt per gau
dia/ſolatia/& conuiuia moderata nõ nimia.quia omne ni
mium vertitur in vicium.ſecundo ethicorũ.& ideo etiam
phũs.iiii.ethi.capi.de eutrapelia.ſic dicit.Vidẽtur autẽ lu
dus & reqes hoĩ ĩ vita eſſe neceſſaria.propter hoc etiã Se=
neca epiſtola decimaquinta ad lucillũ ſi ait. Neqꝫ ego iu=
beo te ſẽper ĩminere libro/aut pugillaribus/dandum eſt ali
quod ĩteruallũ animo.ita tñ vt nõ reſoluatur:ſed remitta=
tur. Sed ibi/Prudẽs enĩ. Hic ſubiũgit aliud officiũ prudẽ
tie:volens ꝙ prudẽs nũꝗ debet eſſe datꝰ ocio.quia ocia pra
uas cogitatões generãt.& voluptuoſas delectatões.Quare
dicit Alañ in prouerbiis.Subſtrahe ligna foco ſi vis extin=
Ouidius. guere flãmas. Et carnis motus/ocia/vina/dapes.Similiter
Ouidius de remedio amoris.Queritur Egiſtus quare ſit fa
ctus adulter In promptu cauſa eſt deſidioſus erat. Ocia ſi
tollas perire cupidinis arcus.Debet tamẽ prudens interdũ
habere aĩm remiſſum:ſed nunꝗ ſolutũ.quia ſolutus plenus
eſt pigritia.

Nam tarda accelerat: perplexa expedit: dura
mollit tẽperat aſpera:ardua exequiť. Scit enĩ
quid qua via aggredi debeat ſua. Et ſingula ci=
to cognoſcit: recte & diſticte videt:conſilia pe
ritorum vt ex apertis obſcura ęſtimat:ex par=
uis magna:ex proximis remota:ex ꝑtibꝰ tota.

Hic cõſequẽter ponit actus & quędã opera ipſi pruden=
ti annexa.volẽs ex quo prudẽs ociari non debet(vt dictũ
eſt in precedẽtibꝰ)ſed actus hic in littera poſitos diligen=
ter debet ꝓſeq& exercere.videlicet:ꝙ tarda & neglecta fe
ſtinãter ĩpleat.Difficilia expediat &c.vtꝫ clare ĩ littera Et
illorũ actuũ ſubiũgit rõnẽ ibi. Scit enĩ &c. Volẽs ꝙ pru
dẽtis ꝓpriũ ẽ:ꝙ ſciat quõ:& ꝗliter:& qua via aliquod ꝑus
aggrediẽdũ ẽ:mõ facili ſĩgularia ꝑitorũ cõſilia cõſiderãdo
ex aꝑtis ignota ex mĩmis ardua ex ꝓximis longĩqua:& ex
ꝑtibus tota elucidat.

Nõ te moueat dicẽtis auctoritas: nec ꝗs dicat: ſed qd dicat attẽde. Non enī vt mltis: ſed ꝗb⁹ placeas cogita. Id quere qđ inuenire poſſis. Id diſce qđ ſcire potes. Id opta: qđ corā bonis & honeſtis optari poteſt. Nec te altiori rei appli ces. ī qua ſtare tibi tremendum ſit. & deſcende re cauendum.

Poſtꝗ̄ Seneca in prioribus dicit: quõ prudẽs debet ſe ha bere ī propriis ſermonibus & cogitationib⁹: futurorũ pre= meditationib⁹: preteritorũ recordationib⁹. Hic cõſequen ter docet quõ prudẽs ſe habere debet ad aliorũ ſermoẽs ſci licet fidẽ: & credulitatẽ adhibẽdo. Et ponit ſex officia ī lit tera illa prudẽtis. Primũ ē ꝙ homo prudẽs nõ credulita tẽ adhibet ſermoni: pricipaliter ex famoſitate ipſi⁹ loquẽ= tis ſed ex veritate ſermonis q profertur. Cicero autor eſt cũ ait. Nõ ē credẽdũ cõſiderãdũqꝫ quod qs loquitur: ſed il lud quod qs ſentiat. Secũdũ ē quod prudens debet quere re ea q̄ hẽre põt: & nõ illa que nõ. Cato quod poteſt id tẽta re operis nõ põdere preſſus. Succũbat labor: & fruſtra tẽta re liquas. Tulli⁹ Abſurdũ ē ī qrere / quod haberi nõ põt. Ideo accipiẽdũ ē & tm̄ ē quod põt haberi. Tertiũ ꝙ prudẽs co gitat: ꝙ placeat aliquib⁹ bonis nõ mltis. Vñ Cũctis q pla= ceat credo quod nõ mõ viuat. Quartũ quod prudẽs inue ſtigat illa ſcire que licita ſũt ad ſciẽdũ: Cato. Mitte arcana dei celũ perqrere quid ſcit. Cũ ſis mortal que ſũt mortalia cura. Quītũ quod prudẽs homo debet optare & vtilia & bona. Iuſta dictũ. Ariſto. in de regimie pricipũ. Dirige co= gitationes bonas tuas in bonũ. Sextũ ꝙ prudens homo nõ debet ſe exaltare vltra honorẽ quo dign⁹ nõ ē: nec appli care negocio cui ſatis facere nõ poteſt: nec cũ ſcãdalo rece dat a dignitate. Alanus arbor lateramans nõ firme ſtat imo Cum ramis facili corruit icta noto.

Tũc cõſilia tibi ſalubria aduoca: cũ tibi alludit huius vitę proſperitas. Tũc te velit in librico

retinebis:aut ſiſtes:nec tibi dabis liberos ipe=
tus: ſedcircunſpicias quo eūdūſit.vel quouſqꝫ.

Hic ī fine huius primi capi.docet Seneca qu ō prudēs ſi for
tunat⁹ fuerit debet iplorare cōſilia matura ſapientū vel ſui
ipſius:ita ꝙ peragat cū bona delibera tōe. Nam fortūa mu
tabilis &variabil:i ea nulla proſperitas ponēda eſt:vt habe
tur ex Boetio de cōſolati. Teſtis ē ouidius ī li. de triſtibus.
Rara quidē virtus quā nō fortuna gubernat. Paſſib⁹ābi gu
is fortuna ſalubris erat. Vnde ſapiēs. Lud⁹ fortune variat
imagie lune. Creſcit decreſcit ī eodē ſiſtere neſcit. Propte=
rea prudēs debet vti ſalubrib⁹ cōſiliis:vt melius vitam du=
cere poſſet nec exiſtiare ſe debet liberū & habere liberos i
petus:ſcilicet ſēper ī periculo cōſiſtere:& timere receſſum
eius. Et ſit quaſi ābulans ī lubrico.i.in via mala & lutoſa:
cū nō veraxeſt. ſed ſemper decipit hoīem nunc exaltādo
nūc humiliando. Iō ſubdit in littera:prudēs debet ſe circū=
ſpicere quo ābulandum ſit.i.quō & qualiter ducat vitā ſuā
ī bonis fortuitis:cū trāſitoria ſūt. Teſtis ē Alanus cum ait.
Nūc adeſt & abeſt fugitiui gloria cenſus. Nam prius aduē
tat:poſt quaſi ſomnus abit.

Lubricus lo cus ī quo qs nequeat ſub ſiſtere. Laurenus

## DE MAGNANIMITATE.

MAgnanimitas vero:ꝙ& fortitudo dici
tur:ſi inſit aīo tuo:cum magna fiducia
viues.liber:alacer:& in trepid⁹. Magnum eni
hominis donum eſt nō v acillare:ſed ſibi con
ſtaret & finē huius vitę intrepide expectare.

Hoc eſt ſecundū & principale capl'm huius libri Senecę
īquo poſtꝙdetmiauit magiſter de prudētia:&de officiis:&
de cōditionibus eius ſeu de ꝓprietatib⁹:hic conſequenter
facit hoc idem & magnanimitate:que etiā fortitudo dicit.
Et hoc diuerſīode. Dicit eni fortitudo:quia ſecūdū quiſ
fotrit agit&ī negociis ſuis fortiter ſe diſponit:exleo ꝙ no
ſtra noticia ꝓcedit a gnālib⁹ ad ſpecialia.iii.phi. VndeTul
lius.iiii.li.reth. Fortitudo eſt conceptio laboris & pericu
li cum vtilitatis ratione:& cum cōmodorum penſatione.

Sed magnanimitas dicitur:quia magnū animum habet ad tolerādū ardua.&aggrediēdū t̄ribilia.Sed tibi magnū enī &.c.Hic ſeneca declarat quoddam dictum.d.ꝙ magnum donum eſt hominem eſſe magnanimum.ſ.ſecūdum virtutem: vt dicitur.iiii.ethi.ſ.mortem non timendo. Lꝫ enim mors omnium terribilium maximum eſt vt dicit philoſophus. iii.eth. tamen magnanimus timere non debet ex quo mors eſt de dono nature:vt dicit ſeneca in li.de remediis fortune

Iuuenalis. Fortē poſce animū mortis timore carentem

Si magnanimus fueris:nunq̄ iudicabis tibi cōtumeliam fieri:de inimico dices nō nocuit mihi:ſed animum nocendi habuit. Et cum illum ī poteſtate tua habueris:vindictam putabis vindicare potuiſſe.ſcito enim magnum& honeſtū genus vindictę eſſe ignoſcere.

Hic Seneca tāgit vnam ſpeciem fortitudinis ſeu magnanimitatis quę patientia dicitur.Et primo ponit doſtrina: ſecundo ſubiungit cauſam illius.Scito enim & c. Vult ergo ꝙ homo vere fortis non debet reputare contumeliam ab inimico ſibi illatam:nec vindictam ſtatim appetere: ſꝫ ſufficit alicui potuiſſe nocere:quia ſecundum boetium inimico parcere eſt opus pietatis:qui autem parcit: clementiam facit.Quia ſecundum Tullium primo rethorices.Patiētia eſt honeſtatis ac vtilitatis cauſa:rerum arduarū terribilium voluntaria ac diuturna perpeſſio.

Neinē ſuſurro appetas :neminē ſuffodias: palā aggredē palmā. Nec geras cōflictū:niſi pꝰ idixerꝭ nā fraudes& dolos ībecillē decet hēre

In iſta parte Seneca ponit vnā aliam ſpeciem magnanimitatis que dicit̄ fiducia ſeu magnificētia Etponit tria documēta:duo negatiua:& vnū affirmatiuū:& poſtremo ſubiungit rationem predictorum. Primum documētum ꝙ magnanimus neminem debet decipere ſeu circunuenire:

Suſurrator ā̄t eſt detractor ꝗ in occulto eſt inimic⁹: & ma nifeſte amicus. Secundum documentum eſt: ꝙ magna-nimus in ſuo ſermone non debet rimari ſecreta alterius. Iuxta illud Catonis. Alterius dcm̄ vel factum ne carpſeris vnq̄. Exemplo ſiḃi ne te derideat alter. Teſtis eſt ſalutaris poeta cum inquit. Nullius arcanū nec amici crimina pro des. Nec ea ſcruteris que latuiſſe decet. Terciū documen tum eſt ꝙ magnanim⁹ in ſua victoria manifeſte debet ap parere: non in occulto inimicum aggredi: nec debet gere-re bella niſi manifeſte indixerit prius inimico vt ſe prepa-rare poſſit ad opponendum. Et rationem illius adiungit: nam ille non magnanimus eſt qui querit dolos & fraudes: cum illa faciunt aliquē imbecillem: que vicia oppoſita ſūt magnanimitati & fortitudini.

**Eris magnanimus: ſi pericula non appetas vt temerarius: nec formides vt timidus: nā timi-dum nil facit animum: niſi reprehenſibilis vi-te conſcientia.**

Hic Seneca ſubiungit aliam ſpēm magnanimitatis in fi ne huius capituli: q̄ dicitur perſeuerātia: dicens vt ī textu. Vnde bene agere parū prodeſt ſi mens labilis extat. Ideo Tullius in primo rhetori. deſcribēs perſeuerantiā: ſic ait. Perſeuerantia eſt in ratione bene conſiderata ſtabilis per-petuaq; permanſio: propterea dicit hic Seneca: ꝙ ille vere magnanimus eſt qui non appetit pericula ſicut temerari⁹: ſed aggreditur ea que aggredienda ſunt. quia vt ait Tulli⁹ li. i. in tuſculanis queſtionibus. Nemo ſe ſigne magna ſpe in mortem offert: & non formidet ea que timenda ſunt. Rationem ſubiungit. Nam nihil aliud facit mentem timi dā: niſi perſeuerātia vituperabilis vite &c. Itē nota ꝙ ille qui vult dici magnanimus non debet eſſe nimium audax: nec nimium timidus: ſed debet ſeruare modū: quia virtus moralis illa conſiſtit in medio vt dicit phūs ſecūdo Ethi. In medio conſiſtit virtus: quare etiā dicit Horatius in epi ſtolis Eſt modus in rebus ſūt certi deniq; fines. Vnde etiā metriſta. Omnibus adde modum: modus eſt pulcherrima virtus.

# DE CONTINENTIA

Continentiā vero ſi diligis: ſuperflua circuncide. & deſideria tua in animū cōſtringe. Conſidera tecum q̄tum natura poſcat: & non qu ntum cupiditas expetat.

Iſtud eſt capitulum tercium & prīcipale huiꝰ tractatus in quo Seneca poſtq̄ determinauit de duabꝰ virtutibus cardinalibus. ſcilicet prudentia & magnanimitate: hic conſequenter determinat de tēperantia: priuſq̄ de iuſticia: Quia iuſticia eſt virtus ſecundum quam quis bene ſe habet ad alios: ſcilicet ad iuſtas conuerſationes cum eis habēdo. Tēperantia autem eſt virtus ſecūdum quam quis ſe habet ad ſeipſum: que etiam continentia dicitur. Intemperantia (vt Tullio in tuſculanis queſtionibus libro. i. placuit) eſt omnium perturbationum fons: que eſt a recta ratione defectio. Ipſa nāq; corpus exterminat/ vicia congregat/ hominum intellectus deprauat/ ſenſum hębetat/ & ignominia ſtulticie deturpat hominem. Sed temperantia (vt Tullius. i. rheto. refert) eſt rationis in libidine: & in alios non rectos impetꝰ anime moderata & firma dn̄atio. Ideo deſiderare debemus temperātiam & amare: eo ꝙ ſine ea recte viuere nō poſſumus: propterea dicit Seneca ī littera: Tu debes amare continentiam. Nota duplex eſt deſiderium: quoddam eſt quod ab appetitu intellectiuo oritur: quotiens virtutes & eternam beatitudinem deſideramus: & illud non eſt freno conſtringendum. Aliud eſt: quod ab appetitu ſenſitiuo ortum habet: quo videlicet mundanas voluptates: & venereas delectationes deſideramus/ & illud eſt conſtringendum freno temperantie.

Quid intenperantia.

Deſideriū duplex.

¶ Si continens fueris eo vſq; peruenias: vt te ipſo contentus ſis. Nam qui ſibi ipſi ſatis ē: cum diuitiis natus eſt. Impone concupiſcentię tuę frenum. Omnia blandimenta quę occulta

voluptate animū trahunt reiice Ede citra ſatu
ritatē. cum ſobrietate bibe: vita ebrietatem.

Hic Seneca ponit quattuor officia ad hominē tempera
tum ſpectantia. Quorum primum eſt: ꝙ homo contīnēs
non debet multū deſiderare: ſed contentari in his que na=
tura ſibi tribuit: & que a natura inſunt. quia natura modi=
co contenta eſt. Vnde cato. Cōmoda nature tibi nullo tē=
pore deſunt. Si fueris contentus eo quod tēpora prebent.
Quod etiā intelligitur hic: cū dicitur. Si continens fueris.
Nam ille qui ſibi ipſi contētus & ſatis ē: cū diuitiis natꝰ ē.
Ex illo elicitur ꝙ ille diues ē qui cōtentatur in his que ha
bet. Vnde Eneas in epiſtolis. Non eni ille pauper eſt: ꝗ pa
rum habet: ſed qui plus cupit. Secundū: ſi tu vis vocari tē
peratus: tūc refrenare debes tua deſideria. & a mouere vo
luptates corporales: que vim rōnis ipſius ītellectus abſol=
uunt. Vñ Virgilius. Trahit ſua queꝗ voluptas. Fx ipſis eni
nihil boni oritur: quia hoīes a ſapiētia retrahunt. Iuxta il=
lud Hieronymi Studio inſiſtere nō poſſumus ſuperabūdā
tiā in mēte cogitationes. Terciū: ſi vis dici tēperatus: nō
comede citra ſaturitatē: ſed cū mēſura / & bibe vt nō comit
tas ebrietatē. Vñ Gaufredus in poetria noua. Quādo fa=
mem reficis dapibus nō ſis ita plenus / ꝙ nihil apponi q̄at
amplius. Et ſubdit nō tantum quantum poſſis / ſed quātū
prodeſt. vnde etiam Philoſophus in de ſecretis ſecretorū
ad alexandrum ſic ait. Si vis eſſe ſanus nunq̄ ęde ad ſaturi
tatem / nec bibe ad ębrietatem.

¶ Obſeruate ne in cōuiuio vel in qualibet vite
cōmunitate imitaberis: quos dānare videaris.
Nec preſentibꝰ deliciis inhęrebis: nec deſide
rabis abſentes. Victus tibi ex facili ſit. nō ad
voluptatē: ſed ad cibū accede. palatū tuū fameſ
extitet: nō ſapores. Deſideria tua paruo redi

me. Si ad naturam viuas:nunq̄ eris pauper. Si alicui ſua non videntur ampliſſima.ſi totius mūdi dn̄s ſit miſereſt. Qui cum paupertate bene cōuenit:diues iudicetur: Quia hoc tantum curare debes vt nō deſinãt:atq̨ ita quaſi ad exemplar diuinum compoſitus :a corpore ad ſpiritum quantum potes abducere te feſtima.

Hic Seneca ponit documēta ad hoiem temperatū ſpectā tia. Primū ſi vis dici tēperatus/tūc ſerua illud in qualibet ſocietate/ne damnes illos quos imitaris:ſed potius ſit pre oculis dictum Catonis: Iudicium ppl̄i nunq̄ contempſeris vnus. Ne nulli placeas dum vis cōtēnere multos. Et ratio eſt:quia qui alios vilipēdit:ſibi ipſi vituperiū acquirit. Sed quomodo debet ſe habere patet iſtis in metris. Si fore vis ſapiēs tu ſerua q̄ tibi mando. Quid dicas:vel cui/ cur/quo modo/quando. Sciendum:ꝙ tu continens non debes in hȩrere voluptatibus preſentis:nec etiam deſiderare abſen tes delectationes:quia incontinentia generant.

Seneca in epiſtola ad lucillū viceſima quarta īquit. Ipſe vo luptates in tormenta vertūtur.ȩpule cruditatem afferūt: ebrietates neruorum/corporem/tremorēq̨:libidines ma nuum & articulorum omnium deprauationem Ideo Va= lerius libro ſeptimo de Ariſtotele loquitur. Vtiliſſimū pre ceptum ꝙ voluptates abeuntes conſideramus. Terciū documētū debet eſſe modeſtus.quia victus moderatus ho neſtatem corporis & anime ſanitatem conſeruat. Ideo ex modico debet eſſe victus. Tullius in paradoxis. Cum tibi deꝰ vl̄ mater omniū natura dedit animum.quo nihil pre= ſtantius:nihil precioſius:ſi recte eo vtatur Turpe ergo ē ſi te ita ꝓſternas:vt nihil īter te&pecudē īntereſſe putes Quar tum documentū. Tuū deſiderium debet eſſe in paruo/hoc ē debes eē cōtētus ī modico/&nō nimiā curā gerere/ſuper res tēporales:eo ꝙ caducȩ ſunt/& tēporales/& trāſitoriȩ.

¶ Si continentię ſtudes: in ſudare: non habita amene: ſed ſalubriter: Nec dominũ velis eſſe notum a domo: ſed domum a domino. Non tibi aſſcribas que non feceris: nec maior q̃ es videri velis: & hoc magis obſerua. Nec pauptas ſit tibi immunda: nec parſimonia ſordida: nec ſimplicitas neglecta: nec leuitas languida. Et ſi res exiguę ſint: non tamẽ ſint anguſtę: nec tua defleas: nec aliena mireris.

Hic autor ponit alia officia continentie ad hominem tẽperatum pertinentia. Quorum primum eſt: ꝙ homo continens non debet habere amenas habitationes/conſtruere ſcilicet in poſſeſſioue ſua. Nec velit eſſe notus a domo/ſed potius domum ab eo. Vnde Tullius in libro ſecundo officiorum. Ornanda vtiq; domus eſt/vt nõ ab ipſa domo dignitas: ſed a domino habeatur. Secundnm officiũ eſt cõtinens non debet ſibi vſurpare que non fecerit/nec deſiderare dignior eſt quẽ eſt. Vnde Gaufredus in poetria ſua. Non te magnifices nec te ſuper ethera ponas. In hoc autem reprehendit autor duo vitia / que ſunt deteſtanda.

Primum eſt mendaciũ: eo ꝙ ille q hoc fecerit mendaciũ cõmittat: quod fugiendũ ẽ. Vñ Eneas in epl'is. Nã veritate nihil cõſtãtius: mẽdacio aũt nihil icõſtãtius & iſtabilius. Secũdo reprehendit vanã gloriã: cũ enĩ inanis eſt: & trãſitoria eã cõtinẽs fugere debet. Tertiũ officiũ: ꝙ ipſa paupertas nõ debet ſibi eẽ imũda: quia de⁹ eã diligit. Vñ Iuuenalis i ſatyra. Felices hoĩes paup quos ſpũs ãbit. Illos nũc

ad regnũ ſublime retrahit. Quartũ officiũ:ꝙ parſimonia cõtinẽtis nõ debet eẽ ſordida:hoc ẽ abſtinẽtia cõtinẽtis nõ debet eẽ fetida quia abſtinentia virtus ẽ. Vñ nomẽ pſimonie ſiue abſtinẽtie poteſt accipi dupľr ſecũdũ beatum Thomã ĩ ſecũda ſecũde.q.cẽteſima quadrageſiaſexta. Vno modo:ſecũdũ quod abſolutã ciborũ ſubſtractionem deſignat. Et hoc mõ nõ deſignat actũ virtutis:ſed eſt quodã idifferẽs. Alio mõ ſecũdũ quod ẽ regulata ratõe. & illo mõ deſignat habitũ vel virtutis actũ Et diffinitur ſic. Eſt moderata ſũptio ſiue ſubſtractio cibi ſecũdũ rationẽ Et illã non debet eẽ ſordida:queãdmodũ ẽ aliqua abſtinẽtia hypocritarũ & auarorũ &c. Quitũ officiũ ẽ:ꝙ continẽtis ſĩplicitas non debet eſſe neglecta:hoc eſt hũilitas cõtinẽtis nõ debet eſſe tarda. Vñ tũc ipſa ſĩplicitas dicitur eſſe neglecta:qñ ipſa non facit bona opera:videlicet qñ quis aliter facit q̃ ſua ĩtẽtio ẽ:vt ſua ſimplicitate decipiat alios Vñ Alanus in prouerbiis. Nõ teneas aurũ totũ quod ſplendet vt aurum Nec pulchrum pomũ quodlibet eſſe bonũ. Nõ eſt in multis virtus quibus eſſe videtur. Decipiũt factis lumina noſtra ſuis &c. Sextum:ꝙ leuitas cõtinẽtis nõ debet eſſe languida: hoc eſt mobilitas animi nõ debet eſſe infirma ſeu lęſa. Vñ tunc leuitas dicitur infirma ſeu languida. quando animus hoĩs plus mouetur ad mala:hoc eſt ad operationẽ rerũ tẽporaliũ q̃ ad ea que ſurſum ſunt. Septimũ ꝙ continẽs nõ debet anguſtiari propterea quia exigue ſibi ſũt poſſeſſiones.vñ Cato. Infãtẽ nudũ cũ te natura creauit. Paupꝰtatis onus patienter ferre memento.Quia paupertas habens leticiam admixtã:tuta eſt & ſecura. Octauũ : ꝙ continens ſua bona amiſſa non debet deflere: quia ſũt de dono fortune. Vñ Seneca in epľa quadã ad lucillũ. Non eſt tutũ quod fortuna fecit tuũ. Quaſi diceret munera fortune ſunt valde dubia. Ideo tẽporatus:nõ debet triſtari de amiſſione rerum tẽporaliũ. Nonũ:ꝙ continẽs aliena bona nõ debet multum extollere:ſicut cõſuetudo hoĩm eſt. Vñ Ouidius Fertilior ſeges eſt alieno ſẽper in agro. Vicinũq; pecꝰ grãdius vber habet.

Parſimonie acceptiones.

Si continentiã diligis: turpia fugito anteq̃ eueniãt: nec queq̃ aliũ verberes pluſq̃ te:omia

tollerabilia p̄terq̄ turpitudinē crede. A verbis quoqꝫ turpibus abſtineto. Nā licētia eorū im pudicitiā nutrit. Sermones vtiles magis q̄ fa cetos & effabiľes ama: & rectos poti⁹ q̄ facūdos

verberatio aíe & cor= poris

In hac parte Seneca ponit quiqꝫ officia tēperātię quo ad aliā ſpēꝫ q̄ modeſtia dicitur. Primū officiū: ꝙ tu continēs debes fugere turpia anteq̄ eueniant hoc ē nō ſolū effectū: ſed etiā affectū viciorū conſtrīgere. Secūdum officiū Tu continens amplius non debes corripere aliquē plus q̄ te ipſum. Hoc eſt prius debes te emēdare: & inde alium verbe= rare. vñ Cato Quę culpare ſoles ea tu ne feceris ipſe. Tur pe eſt doctori cū culpa redarguit ipſum. Vnde duplex eſt verberatio. ſ. aíe & corporis. Aíe eſt q̄ ſe tenet ex parte aíe. Et de illa loquitur hic magiſter. Alia eſt corporis que ſe te net ex parte corporis: & talis iterū fugiēda eſt. Terciū of ficium: ꝙ tu continēs oīa q̄ ſunt ſuſtinēda tollerare potes preter turpitudinē. Vñ tēperatus a virtute tēperantie vir= tuoſus dicitur ergo vitare debet q̄ oppoſita ſūt virtuti. Et turpitudo eſt vitium: in ſe turpis igitur eſt fugiēda. Quar tum officiū: tu continēs a verbis turpibus debes te abſtine re: quia īpudicitiā nutriūt. Vñ phūs in ethicis. Vnuſquiſqꝫ qualis eſt talia operatur. Si ergo bonus & virtuoſus: bona operatur. Si ergo turpis turpia operatur. Quintū officiū: tu cōtinēs diligere debes in ſermonibus tuis vtilitatē pluſ q̄ ornatū. Ratio: quia ſermones vtiles edificant intellectū: ſed facundi impediūt inquiſitionē veritatis. Iuxta illud phľi primo perihermenias poeticę & oratorię orationes ſunt obliquēdę id eſt dimittende: quia potius īpediūt in ve ritatis inquiſitione q̄ prouocant. Ideo Vincencius in ſpe culo hyſtoriali libro. vii. turpe & valde male viciosum eſt inferre ſententiam delicatam: quia a pluribus intelligi nō poteſt propterea tu continens debes diligere plus fructuo ſos ſermones: q̄ facundos.

Miſcebis īterdum ſeriis iocos: ſed tēperatos: & ſine detrimento dignitatis: & verecundie. Nam reprehēſibilis eſt riſus ſi īmoderat⁹ fue

rit: & ſi pueriliter effuſ⁹: ſi muliebriter fractus odibilē facit hominē riſus: aut ſuꝑb⁹: aut clar⁹: aut fatuus: aut ex alienis malis prouocat⁹.

Hic Seneca ponit aliud officiū cōtinētię rationis eiuſdē Dicēs: ꝙ tu cōtinens debes aliqn̄ imponere tue cōtinentię iocos: propter ſolatiū hūanę vitę: ſed moderatos: ſic ꝙ nō excedāt honeſtatē. cū mediū ē de propria ratione virtutis: vt dicitur quito ethicorū: quia modus eſt norma virtuum. Et riſus imoderat⁹ ē reprehēſibilis. Si fuerit product⁹ pueriliter: vel ſuperb⁹: āt clarus: āt malign⁹: āt fatuus: aut euocat⁹ ex alienis malis: quia ſēper talis riſus facit hoiem odioſū. Vn̄ riſus dicitur puerilis: qn̄ qs ſolus ridet ſine morū maturitate: ſine cauſa: ſine oportunitate. Vn̄ moralis. Non ride ſolus nā riſ⁹ vnius horis. Fatuus vel ſtult⁹ reputatur oīb⁹ horis. Et riſus dicitur muliebris: quādo qs ridet ſie cauſa legittīa: vt mulieres quę excitamēto laſciuię vel leuitatis ridere ſolēt. Riſus dicitur ſuperb⁹ qn̄ qs ridet ſubſanādo. & ille generat rancorē & odiū. Vn̄ ſaluſtius. Odiū querere extremę domētię: id ē ſtultitię eſt. Riſus dicitur malignus: qn̄ qs ridet de malefactis ſuis perpetratis: vt prouerbiorū tercio. Qui letantur cū malefecerit cōdēnantur. Riſus dicitur fatuus: qn̄ qs ſēper ridet. Vt per riſū multū debes cognoſcere ſtultum. Dicitur aūt prouocatus ex alienis malis: qn̄ qs ridet in aduerſitatibus proximi: quē tn̄ diligere ſicut ſe ipſū debet. Ideo peccat contra virtutē charitatis.

Riſus puerilis.
Riſus muliebris.
Riſus ſuperbus.
Riſus malignus.
Riſus fatuus.
Riſ⁹ ex alienis malis prouocatuſ

Si ergo tēpus iocos exigit: hosquoqꝫ cū dignitate ſapiēter: gere: vt te nō grauet qſpiā tanq̄ aſperū: nec te cōtemnet tāq̄ vilem. Nec ſit tibi ſcurrilitas: ſed grata vrbanitas Sales tui ſint ſiē dente. Ioci ſine vtilitate. Riſus ſine cachinno. Vox ſiē clamore. Inceſſus ſiē tumultu. Quies tibi ſiē deſidia erit. Et cū ab aliis luditur: tu ſācti aliquid. honeſtiqꝫ tractabis.

Hic Seneca cōcludit propoſitū ſuū de riſibus & iocis:oſtē
dēs q̄lis debet eē riſus & iocus:& vult primo:ꝙ debet fie=
ri ſecundū exigētiam tēporis.cū omnia ſuū tēpus habent:
& ſuis ſpaciis trāſeūt vniuerſa ſub celo:vt dicitur Eccleſi=
aſtici:ſic videlicet:ꝙ ſi virilis & bonis moribꝰ euocatus:
& nō pueriliter nec muliebriter. Deinde excludit vanitatē
dicens:ꝙ ſcurrilitas nō debet eē grata vrbanitas. Dicit
eni qs ſcurrilis:qui trufis & neqciis intēd̄:hinc inde cur=
rēs ad cōgregationes & cōuiuia boim:vt eis poſſit ſe oſtē=
dere in ſua ſcurrilitate:hoc ē neqcia. Deinde ponit docu
menta dicēs:ꝙ tui ſales debēt eſſe ſine dente:hoc ē tue re=
prehēſiones fieri debent ſine mordacitate īuidie. Vñ ſales
dicunt̄ in plali nūero ꝟba amara ſeu reprehēſiones. Du
plex eſt reprehēſio:quedam fit cauſa amicitie.vl; que pro
cedit a fonte charitatis:quēadmodum pater reprehēdit fi
liū amicus amicū. Et illa eſt laudabilis. Alia ē que fit cauſa
odii vel inimicitie. Et illā autor hic redarguit.quia fit cū
mordacitate. Et tui ioci debēt eſſe ſine vilitate.hoc eſt tue
cōuerſationes debēt eſſe ſine malicia. Et riſus tuus ſine ca
chinno/hoc eſt ſine ſubſannatione. Vñ Cachinnus eſt riſꝰ
inutilis. Et dicitur a con & hinnꝰ & hoc propter dentes q
vidētur albere in riſu. Vox tua debet eē ſie clamore/& ice
ſus/& tranſitꝰ tuus ſie ſtrepitu/& reqes tua debet eſſe ſine
pigritia. Vñ Cato. Plus vigila ſēper ne ſomno deditꝰ eſto
Nā diuturna quies viciis alimēta miſtrat. Et cū ab aliis ho
minibus luditur tūc tu ſēper pertactare debes aliquid hōe=
ſti negocii & operis hoc eſt/ꝙ homo virtuoſus nūq̄ debet
hēre animū diſſolutum.ſed ſemper ſe occupare bonis ope
ribus/vt dictū ē ſupra. Nō ſemper ſis in actu & cetera.

Quis ſcurrilis.

Reprehenſio duplex

**¶ Si continens es:adulationes euita:ſitqꝫ tibi tā triſte laudari a turpibus q̄ ſi lauderis ob turpia. Letior eſto quotiens diſplices malis:& malorum de te eſtimationes prauas:ad veram tibi laudationem aſcribe.**

Hic Seneca ponit alia officia temperantie que ad mo=
deſtiam reduci poſſunt inq̄tū,eſt ſpecies tēperātie. Et vult
ꝙ continēs debet fugere adulationes:hoc eſt blandos ſer=

mones.Seneca autor eſt libro.iii.Qui enim ſapiens ē mini me adulatio nibus credat. Fictis enim ſermonibus venantur homīes/ſicut per rethe ſiue per hamū capiūtur piſces. Fugere ideo debet.quia peruerſa laudatio eſt & vicium deteſtabile/vt patȝ per eius diffinitionē: Adulator eſt qui ſupra modū virtutis/in cōuerſatione hominū nimiū vult cōplacere hominib⁹ aliis/in ſermonibus vel factis. Ideo Tullius in tuſculanis queſtionib⁹ libro.viii.ait. A turba q̄tum potes te ſeparat/ne adulatoribus latus prebeas/artifices ſūt ad capiendū ſuperiores. Ideo dicit Seneca: ꝙ valde deteſtabile ē laudari a turpibus. Qui ergo laudatur a talibus/ ſignum eſt ꝙ ipſe etiā vicioſus extat/cū omne ſimile diligat ſuū ſimile. Et eccleſiaſtes.vii. In diſplicentia enī amicitia frangitur. Tanta eſt enim diſtantia inter probos & īprobos/quanta eſt inter virtutē & vicium/vt dicitur ī ethicis. Ideo debet gaudere vt vituperatur a malis / & aſcribere prauas ſuſpitiones ad veram recommendationem.

¶ Difficilimum opus continentię eſt aſſentationes ladulatorum repellere: quorum ſermones animum quadam voluptate reſoluunt. Nullius per aſſentationem amicitiam merearis: nec ad tuam promerentem gratiā per hāc ad te aditum aliis pandas.

Hic Seneca ſubdit aliq̄ officia continentie Dicens ꝙ difficilimū continentie opus eſt: remouere aſſentiones adulatorum: cum quaſi naturale eſt laudem appetere. Nemo in ſuis negociis optat vituperiū: cum eſt de ratione malorū: ſicut laus eſt de ratione bonorum vt dicitur.i.ethi. Et dicit vltra ꝙ temperatus amicitiam acq̄rere non debet per aſſentationem. Quia vt dicit Tullius li.iii.rheto. Aſſentationes dulcia principia & iocunda habent exitus autē amariſſimos. Ideo acquirere non debet nec permittere aliis ſuam amicitiam gratia adulationis &c.

¶ Non eris audax: nec arrogās: nec pertinax:
ſūmittes te Ne proiicies dignitates grauitate
ſeruata: Ammoneberis libēte: & reprehēderiſ
patiēter. Si merito obiurgauerit te aliqs: ſcito
ꝙ ꝓfuit. Si immerito ſcito ꝙ pi ·desse voluit.
Non. n. acerba: ſed blanda verba timebis.

Poſt q̄ determinauit de adulatione per quā animus i ſup
bia mergitur hic cōſequēter ponit documēta per quē poſ=
ſumꝰ effugere ſuperbiā: quia nihil acrius cruciat nil mole=
ſtius arguit q̄ ipſa cū ſit peſtis oculta. viciorū origo: vt om
niū malorum initiū: ſicut humilitas initiū eſt omnium bo
norū. Ideo hic autor ponit documēta contra eā. Et vult
primo: ꝙ homo tēperatus non debet eē au·dax: hoc eſt ni=
mis preſūptuoſus: quia talis audacia ducit hoīem in mul=
ta pericl'a corporis & aīe. Nec debet eſſe arrogans: hoc eſt
ſuperbꝰ; quia ſuperbia inficit oīa bona. Vñ Gaufredus in
noua poetria. Fel modicū totū mel amaricat: vnica mēda
i. macula totalē faciē deformat. Etiā deus hōi ſuperbo reſi
ſtit: ergo ſuperbiā fugere debemꝰ. Et ſubdit ꝙ homo tem
peratꝰ etiā debet habere hū·litatē: quia ſecundū euāgeliſtā
i euāgelio. Qui ſe humiliat exaltabitur. Ideo dicit beatus
petrus. Eſtote ſubiecti omni hūane creature propter deū.
Et tu cōtinēs nō debes iactare te ex humilitate aliq̄. hoc ē
te laudare. Vñ prouerbiorū. xxvii. Sermo laudet te alienꝰ:
& nō os tuū: extraneus & nō labia tua. Et idē in. vi. capi.
Qui odit icrepationes ſtultꝰ eſt: ideo hic dicit Seneca ꝙ cō
tinēs debet libēter ſuſtinere amonitiones. Cum autē aliqs i
crepauerit te merito: ſcire debes ꝙ talis ꝓfuit tibi. ſi autē i
merito ſcias ꝙ voluit tibi prodeſſe: ideo nō debes timere
acerba verba ſed blanda. Vñ Salo. prouerbi. xxvii. Melio
ra ſunt vulnera diligentis q̄ fraudulenta oſcula odientis.

¶ Eſto viciorum tuorū fugax ipſe: aliorū vero
nec curioſus ſeruator: neq; acerbꝰ reprehēſor:
ſed ſine exprobratione corrector ita vt āmoni

tione ſep charitate & hilaritate peruenias.

Hic Seneca ponit Documēta per que poſſumus fugere ſuperbiā. Et dicit ꝙ tu cōtinēs debes eſſe vitator tuorū viciorū: quia nihil peius eſt viciis vt dicit Ouidius libro Faſtorū. Nec etiā curioſus inqſitor aliorū viciorum debes eē: quia multa mala exinde oriuntur. Neqꝫ reprehenſor acerbꝰ eſto: hoc ē crudelis corrector: ſed ātecedere debet amonitio charitatis & hilaritatis: hoc eſt ex īuidia aliū corrigere non debes: ſed ex dilectione.

¶ Errori facile dato veniā: Nec extollas queq̄: neqꝫ deiicias. Dicētium eſto tacitus auditor: auditorū prōptus repetitor. Te querēti faciliter reſpōde: Cōtendenti facile cede: nec ad iurgia ſiue diſceptationes deſcēde cito: & ſi que ſunt: ratione remoue.

Hic autor ponit alia officia ad ſpecies temperātie ſe extēdantia. Et vult primo: ꝙ tu cōtinēs faciliter debes dare veniā errāti: hoc ē īdulgētiā & gratiā: quia magnū donum animi ē: vt dicit Varro ī ſētētiis. Similiter Terētiꝰ. Magna pars pietatis ē indulgere errāti. Iō promptus debes eſſe ad dādā veniā. Ne aliquē extollere debes propter nimiā laudationē. Vñ Horatius in epl̄is. Qualē cōmēdas aſpice atqꝫ iterū aſpice. Ne mox icutiāt aliena pc̄tā pudorē. Neqꝫ aliquē deprime propter nimiā vituperationē. vñ Tulliꝰ ī tuſculanis. Stulticie propriū eſt aliorū cernere vicia & obliuiſci ſuorū: ſed mediū & modū ſerua. Iuxta dictū Ludolphi Oibus adde modū modꝰ eſt pulcherria virtus. Et tu contināēs eſto tacitꝰ auditor loquētiū: & paratꝰ repetitor auditorū: hoc eſt ꝙ tu cōtinēs tacite audire debes verba que dicuntur. Et te īterrogāti faciliter reſpōde. hoc eſt ignorantem informare debes de dubiis que ipſe ad te q̄rit. Et ſubiūgit ꝙ cōtinēs nō debet aggredi ad iurgia ſiue diſſētōes: ſed .e remouere cū ratione: hoc eſt ꝙ cōcordiā facere debes īter litigātes: quia cōcordia nutrit amorē vt.d. Cato.

¶ Si cōtinēs es animi & corporis tui motus ob

ſerua:ne idecori ſint:nec illos ideo cōtemnes: quia latent:nam nichil differt ſi nemo videat: cum tu ipſe videas.

Hic ſeneca ponit alia documēta ad ſpecies continentie ſe extēdētia. Et dicit:ſi tu tēperat⁹ es debes refrenare appetitus animi tui & corporis ne ſit inde ētes. Et ſciendū ꝙ duplex ē appetitus:videlicet. Senſitiuus et eſt qui inclinat hoīem ad rē delectabilem & corruptibilē. Sed intellectualis ē qui iclinat hominem ad acqrendū bonum itellectuale vt virtutes & ſcientie. Et ābos cuſtodire debet tēperatus homo:cū ratō ſemper deprecatur ad optia Sēſus vero ad mala.ſ.ad delectationes corporales & res corruptibiles.

Mobilis eſto:nō leuis:cōſtans:nec pertinax:alicuius rei te habere ſcientiā ignotū necnō moleſtū ſit:oēs tibi pares facies:inferiores ſuperbiendo nō cōtemnes: ſuperiores recte viuēdo nō metuas: In reddēda officioſitate ne ſis negligēs:neq; acerbus exactor appareas.

Hic Seneca ponit alia officia & proprietates temperantie in qbus breues & vtiles inuit doctrinas:vt patet in littera. Dicit primo ſic:ꝙ hō tēperatus debet eſſe mobil. Vnū homo dupliciter dicitur eſſe mobilis Vno mō corporaliter:videlicet qui faciliter & leui occaſione mouet de loco ad locū. Et talis proprie dicitur iconſtās. Incōſtātia autē vicioſa eſt:& cauſa erroris vt dicit Boetius in.li.de diſciplina ſcolariū:vbi de filio iconſtātie in exēplum ſuos act⁹ tradidit:vt cōſtantes in negociis noſtris ſim⁹:& ab eo cōſtantiā ſeruare diſcimus. Secūdo modo homo debet eē mobilis ſpūaliter:videlicet q mouetur ad aliqua facienda cauſa & ratione exigēte:& de illa mobilitate loquitur hic ſeneca Et dicit ꝙ tēperatus debet eſſe flexibilis ad peragēdū bona & nō debet eſſe leuis:hoc eſt incōſtans & iſtabilis

ſed potius firmus & perſeuerans in bono: quia ſecundum Iſidorū. Salus inchoanti promittitur perſeueranti aut datur:non enim beatus eſt qui aliquid bonū inchoat: ſed qui perſeuerantur terminat. Nec tēperatus debet eſſe proprie opinionis:ſed aliquādo cōſilia aliorū accedere debet. Iuxta illud Catonis· Nullius ſenſum ſi prodeſt contempſeris vnq̄. Et ſubdit:ꝙ cū tēperatus poſſidet ſcientiam alios libenter informare debet & nō habere tediū in informando. Vñ Bernardus. Puerū ignorantē informās nō min⁹ facit q̄ q indigēti panē prebet. Ideo eē Alan⁹ in prouer. Nō minus is peccat q cenſū cōdit in agro:q̄ qui doctrinā condit in ore ſuo. Et tēperatus debet eſſe hūilis cū ipſa humilitas exaltet. Nec debet contēnere inferiores. Etiā nō debet timere ſuperiores:cū recte viuit. vñ Cato Cū recte viuas ne curas verba malorum. In officioſitate reddenda nō debet eſſe tardus neq; acerbus corrector ſuperiorum. vnde Iſidorus. Sic ſe habere debet ſuperor erga ſuos ſubditos vt ipſe plus diligatur q̄ metuatur.

Cunctis eſto benignus: nemini blādus: paucis familiaris oib⁹ ęquus eſto: ſeuerior iudicio q̄ ſermōe: vitaq̄ vultu: clemētię cultor ſeuicię deteſtator: bōę famę ſeminator: nec īuid⁹ alienę.

Hic Seneca ponit alia officia temperātię cum priorib⁹ & ſequentibus aliqualiter conuenientia. Et vult primo:ꝙ tu cōtinēs omnibus hominibus benignus eē debes. Sicut dicitur etiam in euāgelio. Eſtote miſericordes ſicut & pater veſter miſericors eſt qui ī celis eſt. Similiter vt habetur math. xi. Diſcite a me:quia mitis ſū & humilis corde. Et nemini debes eē applauſiu⁹:nec omnibus aures tuas committere. vt habetur in. vitis. phōrū cap. xxix. Et tu continens pancis hominibus debes eſſe familiaris. Iuxta illud. Therētii. Nā nimia familiaritas contēptū parit. Siſr plautus nemini te nimis ſodalem facies. vnde Qui nimis humilis eſt pro ſtulto reputatur. Et ſubdit ꝙ tu continens omnibus hominibus equ⁹ eſſe debet: & ſeuerior ī iudicio q̄ in ſermōe: ſimiliter ī vita q̄ ī facie crudelior. amator pietatis: quia cōtinēs a virtute tēperātie virtuoſus dicitur. Dicitur ergo clemētiā hēre d; & autor bone fame eſto:hoc ē vbicū q; venies ibi ſēper bonū de ꝓximo ꝓferre debes & nō malū

Culpator enim hominũ nõ eſt verus recõmẽdator. Et de
teſtator eſſe debes crudelitatis & nõ inuidioſus famę alte=
rius nã hoc iuſto iudicio dei cõtigit: ꝙ qui conatur lumẽ
aliene fame in aliis deſtruere ſeipſũ deſtruit. vt dicit Alã.
in de planctu nature. proſa. vii. Sicut papilio volitãs circa
lumen ipſũ extinguit & ſeipſũ cõburit ita iuidia alienę fa
mę Inuidia ei vt dicit phũs in ſecretis ſecretorũ. detractio
nẽ gñat. Iõ cõſolatur nos ſalomõ in prouerbiis. xxiii. c. di
cens. Ne cõmedas cũ hoie iuido: & ne [illegible]ſideres cibos eiꝰ
qm̃ in ſitĩtudinẽ arioli & cũ cõiecturis eſtimat quod igno
rat cõmede & bibe dicet tibi & mens eius non eſt tecum.

**Rumoribus / criminibus / ſuſpitiõibꝰ / mime credulus ſis: ſed potius malis quę per ſpeciẽ ſimplicitatis ad nocendũ aliquibus ſurrexerit honorem ſurripientes: oppoſitiſſimus ſis: ad irã tardus: ad miſericordiam pronus.**

Hic Seneca ponit aliqua officia cũ prioribus aliqualiter
conueniẽtia: & vult primo: ꝙ tu continẽs nõ cito credere
debes fabulis & rumoribus vulgariũ. Iuxta illud Catonis
Noli tu cuidã referẽti credere ſẽper. Exigua eſt tribuenda
fides quia multi ml̃ta loquũtur. Nõ credatur cuiq̃ ſi ml̃ta
loquitur: & hoc iõ quia in multilogo raro deeſt mẽdaciũ
vt dicitur prouer. x. Iõ mime credulus ſis. nec etiã crede=
re debes criminibus: hoc ẽ diffamationibꝰ quia vt dictũ ẽ
procurator bonę famę: & ſeminator eẽ debes. Illi aũt con
trariꝰ eẽ debes q nititur ſurripere bonã famã: videlꝫ q per
ſpẽm falſã veniũt ad nocendũ aliquibꝰ. Et tu mime credu
lus eẽ debes. ſuſpitiõibus. Nã ſuſpitio ſecũdũ Tul. eſt qñ
ex malis iudiciis procedit. Cõtigit aũt ſuſpitio tribꝰ mo
dis. Prio qñ qs in ſeipſo malꝰ ẽ: qñ ipſe q̃ſi cõſciꝰ ſue mali
cie malũ de alio opinatur. Secũdo: qñ aliqs efficitur malus
ad alterũ: quia de iimico ex leuibꝰ ſignis qs mala opina=
tur. Tercio: ex magnis experimẽtis: & ſic phũs dicit ꝙ ſe
nes maxĩe ſũt ſuſpecti: quia multotiẽs experimẽtum hñt.
Et ſubdit. Señ. Tu cõtinẽs pronꝰ eẽ debes ad miam: & len
tus ad irã. Nã ira vt dicit phũs. vii. ethi. macerat corpus.
Señ i. li. ii. de ira nihil velociꝰ ad inſaniã q̃ ira iõ eſt [illegible]gie=
da. Etiam iõ. quia corrũpit ſubiectum & vitam diminuit.

**In aduerſis eſto firmus: in proſperis cautꝰ & hũilis occultator virtutũ. Sicut ei viciorũ vanę**

glę cōteptor: & hoꝝ q̄b⁹ ꝑdit⁹ es nō acerb⁹ ex actor eſto. Nulli⁹ īprudētiā deſpicias. Rari ſer monis eſto: loquētiū patiēs auditor. Seru⁹ nō ſeu⁹: hilares nō ſpnas. Sapiētię cupid⁹ & docil' Quę noſti ſie arrogātia poſtulāti īptire: q̄ ne= ſcisſie occultatiōe ignorātię tibi poſtula īptiri

Hec eſt vltima pars huius capi. de tēperātia. In qua ſene ca plurima officia tēperantię ſuperaddit: cum repetitione quorūdā prehabitorū. Et vult primo: ꝙ tu cōtinēs firmus eē debes ī diffortuniis vel aduerſitatibus & circūſpectus vñ Cato. Cū fueris felix q̄ ſūt aduerſa caueto. Nā vltia ra ro corrn̄dēt primis. Iō etiā ſen̄. li. viii. de naturalib⁹ ſic di= cit. Neſcis fortūa qeſcere nūc lęta nūc triſtis. Debet igitur nemo ī proſperitatib⁹ gaudere: neqꝫ ī aduerſitatibus defi ciat. Et ſubdit: ꝙ cōtinēs debet eē hūilis: occultator ſuarū virtutū: hoc ē nō debet q̄rere gl'iam vanā de ſuis virtutib⁹. Nā gl'ia labilis ē: vt dicit magiſter Seneca in ep'la quadam ad Lucil. Quid de vanis gl'iaris hoībus quia mīme prodeſt iō cōtēnere debes vanā gl'iam: quia faciliter decidit ſicut flos. Tull'. ii. offi. Et ſubdit ꝙ cōtinēs etiā non debet eſſe crudelis exactor vel corrector illorum hoīm quibus ante poſitus & prepoſitus eſt in dignitate. ſed humilis vt pri⁹ patuit. Neqꝫ etiā continēs alicui⁹ inſipientiā ſpernere dꝫ. Nam magna mīa eſt miſerere inſipiētis: vt dicit Platinus phūs. Et continēs pauca loqui debet: & illa q̄ loquitur dn̄t eſſe vera. Iuxta illud moralis. Sermo breuis verus tuo pro cedat ob ore. Sil'r Cato. Nō ſis vētoſus & c. Et debet eē cu pidus ſapiētie. Nā nihil vtili⁹ hoībus in hac vita eſt q̄ ipſa quia diſponit oīa. vt dicitur Sapiētie. viii. Et vitā quietā ef ficit. vt dicit Seneca ad Lucil. Et cōtinēs etiā debet eſſe do cilis hoc eſt diligēter debet inſiſtere ſtudio Quare dicit Se neca. in. lxxviii. ad Lucil. q̄diu viuas tādiu diſcas Vñ Cato Inſtrue preceptis aīm ne diſcere ceſſes. Nā ſine doctrina vi. & c. Etiā continēs impartiri debet illud quod pōt po= ſtulanti: cuius rō añ hīta eſt. Et ea q̄ tu ignoras ſine verecū dia inquire ab aliis. Nā per hec aīmus tuus eleuatur vñ. S[illegible]e rogare: rogata tenere: retēta docere. Hec tria diſcipu lū faciūt ſuperare magiſtrū. Ideo non debes vereri de īqui ſitione: nec occultare tuam ignorantiam. Non enim vici um eſt nihil ſcire: ſed nihil diſcere velle.

IVſticia poſt hec virtus eſt. Quid autẽ eſt iuſticia? niſi tacita nature cõnexio: in adiutoriũ multorũ adinuẽta. Et quid ẽ iuſticia: niſi nr̃a cõſtitutio ſeu diuina lex: & vinculũ humanę ſocietatis. In hac aũt nõ exiſtimamus quid expediat. Expedit illa quicqd dictauerit

Iſtud eſt vltimum & principale capi. huius totius libelli Senecę: in quo determinatur de vltima virtute cardinali: ſcilicet iuſticia. Et diuiditur ĩ duas partes. In prima parte ponit Seneca diffinitionẽ: in ſecũda proprietates & officia iuſticie ibi. Si quis & c. In prima parte ĩnuitur primo: ꝙ iuſticia eſt virtus: ſecũdo cuiuſmodi virtus ẽ iuſticia: tercio ꝙ ipſa eſt vtilis & illa patẽt in textu ſecundum ordinẽ Anteq̃ de his in ſpeciali aliquid dicetur: premittenda ſunt quedã generalia pro noticia ſequẽtiũ habẽda. Et ſũt tria. Primũ: ꝙ iuſticia reſpicit ea q̃ fiunt in cõicationibus humane vite. vt dicit phũs. v. ethi. Siľr magiſter hic in littera qñ dicit: ꝙ ipſa ſit reperta in adiutoriũ multorũ. Quicqd enim rõ licitum eſſe dictat: hic proſequendũ eſt & recta rõ dictat in humanis cõitatibus vite neceſſariis equalitatem & equitatem ergo merito equitas ſeruanda eſt q̃ propriũ obiecttum eſt iuſticie. Secundũ principale eſt: in quo conſiſtit iuſticia: & qs proprius eius actus eſt. Proprius enim actus ipſius eſt reddere vnicuiq; quod ſuum eſt. Nã materia iuſticie eſt operatio exteriorũ ſecundũ ꝙ ipſa vel res q̃ per eam agitur ſit reſpectu alterius. Proprium eni cuiuſcũq; eſt quod ſibi datur ſecundũ equalitatẽ & proportionẽ iuſticie: ergo proprius actus iuſticie eſt reddere vnicuiq; quod ſuũ eſt. Terciũ eſt de quidditate ipſius iuſticie. vñ ipſa ſic notificatur ſecundũ Ambro. in li. de offi. Eſt q̃ vnicuiq; reddit quod ſuũ ẽ: alienũ nõ vẽdicat: vtilitatẽ ꝓpriã nõ negligit: vt cõem equitatẽ cuſtodiat. Eadẽ ſecundũ beatum Thomã in ſecunda. ii. q. liii. ſic diffinitur: eſt conſtans perpetuaq; voluntas: vnicuiq; ꝙ ſuum eſt tribuens. Similiter a phõ. v. ethicorum: eſt haditus ſecundum quem aliquis dicitur operatiuus ſecundum electionem iuſti.

¶Quiſquis hanc ſectari deſideras. Prio deũ time:&eum ama:vt ameris ab eo. Amabis aũt deũ:ſi imitaberis eũ:ĩ hoc aũt oĩbus vel ꝓdeſſe: &nulli nocere. Et tũc cũcti appellabũt:te virũ iuſtũ:& oẽs te ſequũtur:venerabũt:& diligẽt.

In hac parte Señ ponit partẽ executiuã ponẽdo ꝓprie tates & officia iuſticie dicẽs primo:ꝙ ſectator iuſticie pri cipaliter debet timere deum. Vñ prouerbiorũ.xxiii. In ti more dñi eſto tota die:nã initiũ ſapiẽtie/ẽ timor dñi. Ec= cleſi.i. Nã timor dñi vt ibidẽ dicitur gl'ia & gl'iatio & leti cia ẽ. Iõ deũ timere debemus vt amemur ab eo. Iõ etiã di= ligere pre oĩbus debem⁹ eũ.vñ Cato. Si de⁹ ẽ anim⁹ vt no bis carmĩa dicũt. Hic tibi precipue ſit pura mẽte colẽdus. Ille aũt amat deũ q imitatur eũ in ſuis mãdatis. In hoc.vt oĩbus profic⁹ velit eſſe:& nulli dãnum ĩferre: qñ quis hoc facit tũc oẽs hoiẽs appellabũt eũ virũ iuſtũ & perfectum. & omnes ſequuntur & amant eum.

Iuſt⁹ eñi vt ſis:nõ ſolũ nõ nocebis: ſed etiã no cẽtes prohibebis. Nã nulli nocere nõ ẽ iuſti= cia:ſed ab alienis abſtinẽtia. Ab his ergo inci pe: & non auferas niſi ad maiora proueharis. Etiã aliena ablata reſtitue Raptores quoqꝫ ĩpoſ ne ab aliis timẽdi ſĩt:caſtiga & ꝓhibe: & coherce

Hic ſeneca ponit alia officia iuſticie dicẽs:nõ ſolũ ĩ hoc cõſiſtit iuſticia vt nullũ noceas:ſed etiam prohibere nocẽ tes. Nã nulli nocumentũ inferre:proprie dicta nõ eſt iuſti cia:ĩmo reqritur cuſtodia ab alienis malis:ergo ab his do cumẽtis debes ĩcipere: & nõ ceſſare donec ad maiora ꝓue haris. Etiã nõ ſolũ aliena ablata reſtituere debes :ĩmo etiã inuẽta q̃ fuerũt poſſeſſa & relicta.vt dicit beatus Thomas in ſecũda.ii.q.lxvi. Et caſtigare debes & prohibere ipſos raptores ne ab aliis homĩbus ſint formidandi:quia in hoc conſiſtit proprius actus iuſticię(vt viſum eſt)

Ex nulla vocis ãbiguitate cõtrouerſiã nectas: ſed anĩ qualitatẽ ſpeculare: nihil tibi ĩterſit: an affirmes vel neges De religiõe ac fide ſcias agi vbicũq; de veritate tractat. Nã & ſi de⁹ ĩ iure iurãdo ĩuocet: & ĩuocãti teſtis nõ erit: tñ inde nõ trãſeas veritatẽ: nec iuſticię trãſileas legẽ.

Hic Señ. ponit alia officia ad habitũ iuſticie pertinẽtia. & vult primo: q hõ iuſt⁹ de dubio ſermõe diſceptationẽ facere nõ debet. hoc idẽ cato ĩ ſuis dogmatib⁹. Irat⁹ de re ĩcerta cõtẽdere noli. Nã hoc propriũ ẽ ſtultorũ vt dicitur prouer. xviii. ca. Labia ſtulti ĩmiſcẽt ſe rixis: & os ei⁹ iurgia prouocat Et ſubdit Señ. q qlitatẽ anĩ ĩſpicere debet iuſt⁹: ſic videl; q ſit ĩſecutor bonorũ morũ. & ſcire debes q iſte tractat⁹ ẽ de religiõe & fide: iõ ſeruãda ẽ vbicunq; tractatur de veritate. & ſi deũ ĩ iureiurãdo ĩuocaueris: & nõ tibi teſtis fuerit: propterea nõ debes trãſire veritatẽ nec ſtatutũ iuſticie Nã poſt deũ ipſa veritas colẽda eſt. vt vult pythagoras q ſola deo hoĩes ꝓximos facit. Iõ phũs ẽpedocles ĩquit. Caue ab his q veritatẽ nõ ſeruãt: ideo nunq̃ recedere debes a lege veritatis nec iuſticie.

Qđ ſi aliqñ coarteris mẽdatio vti: vtere nõ ad falſi ſed ad veri cuſtodiã. Et ſi cõtigerit veritatẽ mẽdatio redimere: nõ mẽtieris: ſed poti⁹ excuſabis: quia ibi honeſta cã eſt. Iuſt⁹ ſecreta nõ prodit: tacẽda enim tacit: & loquẽda loquitur.

Hic Señ. ponit alia officia ad hitũ iuſticie pertinẽtia volẽs: q ſi tu aliqñ cõpulſus fueris aliqñ frui mẽdatio: vti debes ad cõſeruationẽ veri & nõ falſi: nã ad iuſticiã nos nati ſum⁹. vt dicit Tull. i. li. i. Nihil pręſtãti⁹ q̃ ĩtelligi nos ad iuſticiã eẽ natos: nõ enĩ opinione ſed natura ius inſtitutũ ẽ Cũ aũt iuſt⁹ dicitur q̃ ius ſeruãs: vti debet ad cõſeruationẽ veri ſermonis: & propter vtilitatẽ mẽdacii. Mẽdacium aũt ſecũdũ ſe malũ ẽ & fugiẽdũ: vt dicit phũs. iiii. ethi. Vn⁹ quiſq; q̃lis ẽ talia facit operatur & viuit niſi gratia alicui⁹

operetur. Si aūt cōtigerit nos vti mēdatio propter' vtilitatē proximi. & nō propter deceptionē vł gratia lucri mendaciū prauū nō ē/ & ſi hō iuſt⁹ nō manifeſtat ſecreta iuſt⁹, dicitur. Sed fatui faciūt oppoſito modo: de quib⁹ Alanus Sultior ē ſtulto qui mādat balſamo cribo. Et verbis pleno verba tacenda viro.

At illi alta pax eſt: & ſecura etiā trāqllitas: vt dū illi a malī vīcūt: ab iſtis aūt mala vicāt. Hec ergo ſi ſtudere curaueris let⁹ & ītrepidus finē tui curſ⁹ expectabis triſticiā hui⁹ mūdi hilariſ deſpicies & tumultuoſa expectabis quietus & ad extrema ſecurus properabis.

Hic conſequēter oſtendit Seneca ꝙ ſumma requies: & alta pax ſeu ſecura trāqllitas illi hoī exiſtit videlicet iuſto: q tacēda tacet & loquēda loquitur Et cū mali hoīes ſuperantur a malis / tūc ipi e omnia ſuperat mala. Et ergo infert ſeneca. Si iuſt⁹ curā habuerit in ſtudēdo / & retinēdo ea que dicta ſūt de iuſticia: iſte tuus & letus expectare poteſt terminū ſue vite / & omnia huius mundi refutat / videlicet triſticiā & tumłtuoſa ſuſtiet / & gradieť tutus ad extrema vite ſue. Nā iuſticia ſecūdum Mercuriū eſt vocatio dei. Cū aūt illa duo officia retinet / que ponit Lactātius in li. de vero cultu dei / videlicet cōiūgi deo & hoī: primum videlicet deo cōiūgi religio nūcupať. Secūdū aūt hūanitas ē: ſecure & hilariter properare poteſt ad extrema iudicia propter iuſticiam hō.

## DE MENSVRA & moderatiōe prudētie.

HIs ergo inſtitutōib⁹ he quattuor virtutum ſpēs pfectū te faciūt viꝛ ſi mēſuram rectitudis haꝛ equo viuēdi fine ſeruabis Nā ſi prudētia termios ſuos excedat. calid⁹ pauid⁹ acumis eris īgenij. iueſtigator la

tētiū q̄liūcūq̄ȝ noxiaꝝ oſtētator vocaberis iimi
cus:timid⁹.ſuſpicatōib⁹ attētus.ſēꝑ aliquid ti=
mēs.ſēꝑ aliquid querēs.ſēꝑ aliquid exiſtimāſ
&ſubtiliſſimas ſuſpicatōes tuas ad reprehēſio
nē alicui⁹ īpingēs admiſſo, notaberis digito.
aſtu plenus. verſipellis ſimplicitatis inimicus.
contemplatorq̄ȝ culparum. & poſtremo vno no
mine a cunctis malus vocaberis homo.

Poſtq̄ Seneca determinauit ſpecifice & ſigillatim de q̄ttuor virtutibus cardinalib⁹/videlicet de Prudētia Magnanimitate Cōtinētia & Iuſticia. Hic cōſequēter ponit epilogatiōnē harum virtutū/ & huius propter meliorē habendā memoriā. Et primo ponit recapitulatiōnē prudētie. Secūdo magnanimitatis Tertio cōtinētie. Quarto iuſticie. Et partes patebūt per ordinē in ꝓceſſu littere. Epilogādo dicit ſic:his ergo īſtitutionib⁹ &c.q̄ſi dicēt ꝙ ille q̄ttuor virtutes cardīales cū officiis earūdē:faciunt te virū felicē &ꝑfectū:& hoc ē verū ſi viues ſecundū mēſurā rectitudis.vñ Seneca ī epl̄a.lxxxviii.ad Lucilliū hec inq̄t.Hoc optimū habet ī ſe generoſus animus:ꝙ excitatur ad honeſta:magnarū rerum ſpecie ad ſe vocat & attollit docilleſq̄ȝ natura nos edidit:ſed ratiōnē īperfectā dedit:q̄ virtutib⁹ & ſciētiis ꝑfici pōt.A virtutib⁹ enī mores fiūt:a morib⁹ virtus perficit:vt dicit Polycrates.li.v.& Aug.de ciuitate dei li.ii.c.xxi. Narrat iſtū verſū. Morib⁹ āti q̄s res ſtat romana viriſq̄ȝ.q verſus nihil aliud pretendit:niſi ꝙ ille q modū ſeruat ī virtute & perſeuerat:ille oīa bñ regit:q̄s aūt amator cupit eē virtutis ſpeculet̄ ne terminos excedat:quia q excedit termīos prudētie:ille erit callid⁹ & etiā pauid⁹:vt patet ī littera:& poſtremo ab omnib⁹ hominibus vno noie ꝑuerſus homo dicetur.

In has ergo maculas:prudētia īmoderata pro
ducit. quicunq̄ȝ in ea mediocriter laute ꝓſiſtit:
nec obtuſum habet ī ſe aliquid nec verſutum.

Hic cõſequẽter Seneca cõcluſiue oñdit:q̃ ſi quis imode ratã prudẽtiã ſeqr:ille ſciat q̃ i has maculas.i. in hec vicia iã dctã labitur.Qui aũt mediocriter iea cõſiſtit:hoc ẽ mo= dũ ſeruauerit ille nihil verſutũ nec obtuſũ hẽt. Nã ipſa(vt dicit Platin⁹ phũs i li.quem ſcripſit de morib⁹)ẽ ad rõem norma q̃ cogitat ſigſa gſeuerare:ac nihil preter rectũ face re:velle hũanis actib⁹ q̃ diuis arbitriis prouidere.

## De Moderanda fortitudie

Magnanimitas aũt ſi extra modũ ſuum ſe extollat faciet virũ minacẽ:iflatũ:t̃= bidũ.iqetũ:& in quaſcũq̃ extollẽtias dictorũ ãt factoꝝ neglecta honeſtate feſtinũ q̃ momẽ tis:oĩb⁹ ſupcilia erigẽs:vt beſtiari⁹ etiã derri dẽd⁹. Nã qeta excitat:aliũ ferit:aliũ fugat.

Hic ſeneca põit recapitulatõem magnanimitatis volẽs: ſi qs aũt extra modũ ſe extollat:tũc ipſa facit virũ ſupbũ. Supb⁹ aũt ẽ ille q videri cupit. Etiã virũ minacẽ& iratũ. Ira to aũt ſẽper ineſt ãguſtia furor:vt iqt Virgi.li.ii. Totã mẽ= tẽ precipitat:ira animũ perturbat:ſẽſũ nõ facit diſcernere verũ.vt dicit i pl'ſia poetarũ li.iiii.ca.vi.& etiã virũ iqetũ facitq̃ hoiem repẽtinũ vel velocẽ i q̃ſcũq̃ extollentias di ctorũ vel factorũ:poſtpoſita tñ hõeſtate.Qui aũt modum nõ ſeruat ille ſẽper deridet & ſubſãnat alios mouẽdõ ocu= los ſuos propter curioſitatẽ.Ideo deridẽd⁹ & ſubſãnan= d⁹ eſt:tanq̃ crudelis homo.

Sed q̃uis audax ipugnator ſit:tñ mltas extra ſe violẽtias ferre nõ poterit:ſed miſerũ obtiet finẽ ãt erũnoſũ dereliqt. Mẽſura ergo magna nimitatis ẽ:nõ timidũ eẽ hoiem:nec audacem.

Hic cõplet dictũ ſuũ de magnanimitate di.q̃ q̃uis magna nim⁹ ſit audax ſit iuaſor tñ nõ põt ferre mlta ardua cor= poris extra ſe.&hoc ſi excedat modũ magnanimitatis Si aũt trãſgrediat obtiet miſerrimũ finẽ:hoc ẽ miſerabilem mortẽ.aut poſſe mittit erũnoſã recordatõem ſeu memori ã. ppterea ifert Seneca:q̃ regla & mod⁹&mẽſura magna nimitatis ẽ nõ nimis tidũ eẽ hominem:nec nis audacẽ nec pſũptuoſũ:ſed mediũ modum habere ex quo virt⁹ i me dio cõſiſtit:vt dicit phũs i ethi. Nẽpe ipſa veritatẽ predi= cat:iudices falſos redarguit:&oĩm virtutũ gña ad ſalubrã uotũ deducit.Quapropter oẽs virtutes ſũt ſie ꝟtute:ſi ma=

gnanimitas comes nõ fuerit. Nihil enĩ fortisãt audacia virtus iepertũ liquet .hoc iqt Oui.ĩ li.de põto. Oĩa deficiũt animꝰ ſolꝰ oĩa vicit:ſed oĩa cogitat:&oĩa tẽperat.vt dicit Ouidiꝰ ibidẽ. Ideo ĩ li.x.methamorphoſeos ſic ait. Audẽtes deꝰ ipſe iuuat.vñ etiã Virgi Audentes fortuna iuuat timidoſq; repellit. Et ergo pre omnibꝰ magnanimitas eſt ſeruãda & retinẽda:& hoc cũ mõ & regula & nõ exceſſu.

## DE MODO TEMPERANTIE

Continẽcia deinde his termiste abſtringat:caue ne ſis pcus nec ſuſpicioſe & timide manũ contra has nec nũmis quoq; ſpeculũ ponas:nã tal' & tãta circũfuſa putrebit ĩtegritas. Hac ergo mediocritatis linea cõtinentiã obſeruabis:vt nec voluptati deditꝰ/ pdigꝰ & luxurioſus appareas nec auara tenacitate ſordidꝰ aut obſcurus exiſtas.

Hic Seneca põit recapitulationẽ tercie virtutis cardinalis:vꝫ cõtinẽtie:dicẽs ꝙ cõtinẽtia facit te virũ virtuoſũ his officiis & terminis que duo ſunt. Primũ officiũ eſt:ꝙ tu cõtinẽs parcꝰ eẽ nõ debes:hoc ẽ tenax ĩ rebꝰ dãdis. Et ratiõeꝫ ſubiũgit:ne doloſe & auide manũ claudas Ille aũt parcus dicit̃ q retĩet quicqd poſtulat vſus:videlicet q expõit vbi nõ ẽ exponẽdũ:& retĩet vbi ẽ dãdũ.meliꝰ aũt ẽ dare q̃ accipere:vt dicit phũs ĩ ethi. Scdm̃ officiũ:tu cõtinẽs magnã ſpẽ nõ debes ponere ĩ nũmis hoc ẽ ĩ diuitiis. Et rationẽ ãnectit. Nã ĩtegritas pecuniis circũdata ãnichilabit̃ iõ nulla certa ſpes ponenda eſt ĩ ipſis.vñ. Virgi.iiii.eneidos. Heu heu miſerũ nuſq̃ tuta fides. Iõ Innocẽtius papa ingt O pater qd pſũt tibi diuitie glorie & leticie:cum hoĩem a morte nõ liberãt.a verme nõ defẽdũt.a febre nõ eripiũt.ecce q iã glorioſꝰ ſe debeat ĩ aula:nũc hic ſpretꝰ iacet ĩ tũba

Et ſubdit ꝙ tu cõtinẽs cuſtodire debes & reſeruare cõtinẽtiã hac linea mediocritatis hoc ẽ hac regl'a recta ne voluptati ſis ſubditꝰ nec etiã videaris pro ligꝰ hoc ẽ inutilis diſpẽſator bonorũ/nec etiã luxurioſꝰ.luxuria enĩ corpꝰ & animã maculat.nec exiſtas ſordibꝰ auara cupiditate/qa ipſa inſatiabilis eſt/vt viſum eſt ſupra capitulo prudẽtie.

## QVALITER ſit moderãda iuſticia.

IVſticia poſtremo eo mediocritatis te=
nore regẽda eſt:nec ductu leui in imo
tã ai ratõnẽ negligẽcia ſubſequar: dum nec de
magnis: neq3 de mimis errãtiũ viciis corrigẽ
di curã geras:ſed licẽtiã peccãdi alludẽtibꝰ ti=
bi blãde:vel illudẽtibus ꝓterue ꝑmittas : neq3
rurſũ dũ nĩa rigiditate & aſpitate nihil veniȩ
aut benignitatis reſeruas:hũanȩ ſocietati durꝰ
appeas. Iſta ergo amablis iuſticiȩ regla tenẽda
eſt:vt reuerẽcia diſcipliȩ eiꝰ:neq3 nĩa negligẽ=
tia cõitate deſpecta vileſcat:neq3 ſeniori atroci
tate diuťna:grãm hũanȩ amabilitatis amittas.

Poſtq̃ Seneca poſuit recapitulationẽ magnanitatis &pru=
dẽtie& cõtinẽtiȩ.hic cõſequẽter põit epilogationẽ q̃rte vir
tutis ſc3 iuſticiȩ/q̃ vltia ẽ i ter virtutes cardiales vt priꝰ pa
tuit volẽs:quõ& q̃liter ipſa regẽda ẽ/v3 tenore mediocrita
tis. Et rõnẽ ſubiũgit.ne ipſa iuſticia recipiat negligẽtiam
i imotã ratõem animi/neq3 de magnis viciis neq3 de paruiſ
&hoc iõ.qa iuſticia ex lege fit.Lex aũt ſcriptũ ẽ ius/affe=
rẽs hõeſtũ prohibẽs cõtrariũ. Ideo ſubdit q̧ licẽtiã peccan
di tibi blãde alludẽtibꝰ.i.placẽtibꝰ& ꝓterue iſurgẽtibꝰ nõ
ꝑmittas ſed curã gere puniẽdi crimia.ſed tñ cũ begninita
te&hũilitate Quare dicit hora.i epľis. Nẽo a deo ferꝰ ẽ vt
nõ miteſcere poſſit Señ.in.li.ii.de elemẽ. Oĩs benignitas ap
ꝓpriat.& ꝓpriũ ſapiẽtis libẽter ẽ dare.nã hũanã benigni=
tatẽ ſuadet/cũ oẽs vniꝰ nature ſumꝰ/q̃obrẽ pre oĩbꝰ opa be
gnitatis & pietatis ſunt exhibẽda.iõ reſeruare debemꝰ
benignitatẽ/&nõ aſperitatẽ nimiã neq3 crudelitatẽ.qa me
liꝰ ẽ nimiũ hẽre de mia q̃ de ſeueritate&crudelitate : Et ra
tionẽ ãnectit ne videaris ꝓteruꝰ hũane ſocietati.ergo iſta
regľa amabilis iuſticiȩ ẽ tenẽda. vt reuerẽtia eiꝰ dſcipline/
& hoc iõ.ne ipſa vileſcat q̃ſi deſpecta propter nimiã fami
liaritatẽ&cõitatẽ negligẽtiȩ:nec etiã amittas diuturnitate
gratiã amabilitatis.ſcilicet propter nimiã credulitatẽ.

## ❡ CONCLVSIO PREMISSORVM.

SI quis ergo vitã ſuã ad vtilitatẽ nõ tãtũ ꝓ
priã: ſed mltorũ ĩcupabiliter aſſiſti deſi=
derat: hãc ꝑdictaꝝ virtutũ ꝑclarã formu
lã. ꝓ qualitatibꝰ tẽpoꝝ: locoꝝ ꝑſonaꝝ. atq̃ cauſaꝝ
eo mediocritatis tramite teneat: vt velut ĩ quodam
vehiculo ſũmitatis aſſiſtẽs: quaſi ꝑ obruta extrin=
ſecus pręcipitia ruẽtẽ mẽtem cõpos ipſe dimittet
ĩſaniã: aut deficiẽtem contemnet ignauiam.

Hic cõſequẽter Seneca ſubdit cõcluſionẽ rñſiuã oĩm predicta
rũ virtutũ cardialiũ. Dicẽs ſi tu deſideras modũ viuẽdi & ĩculpa
biliter maẽre ĩ vita tua: nõ tãtũ ꝓpriã vtilitatẽ: ſed mltorũ affe
ctas: hãc preclariſſimã formulã harũ predictarũ ꝟtutũ obſerua
bis: mediãte illa via: videlicet vt mediũ ſuꝑ retĩeas: ſed aſſiſtẽs tũc
ĩ quõdã vehiculo ſũmitatis hoc ẽ ĩ ꝓpugnaclo altitudis: vt ĩ hũa
nis cõuerſatõbus mẽtẽ per ĩprouiſa negocia valeas ꝑſpicere. &
etiã vt tu ipſe potẽs: ſꝑnes ſuꝑbiã & cõtẽnes ignauiã: hoc ẽ ſtulti
ciã. Nã terminꝰ bonꝰ ĩ ſuperbia & ignauia nõ cõſiſtit. Teſte ſcri
ptura ſacra. ãteceſſores noſtri bonũ optarũt: ergo & nos optare
debemꝰ. Vñ Cicero ĩ tuſculanis queſtionibꝰ li. v. Stoici finẽ bo
norũ aſſẽtiũt cõgruũ nature: & cũ eo laudabiliter viuere. Nã te
ſte Apuleio ĩ li. de deo ſocratis Nihil apud deũ rectiꝰ ẽ q̃ vir aĩ
mo ꝑfectꝰ & bonꝰ: q alijs ãncellit. Quare dicit ouidiꝰ ĩ de arte
Diſce bonas artes moneo romana iuuẽtus. Nõ tantũ trepidos
vt tueare reos. Quare etiã dicit Perſius Diſcite o miſeri cauſas
cognoſcere rerũ. Oĩm eĩ artiũ viuẽdi ẽ diſciplia. Vita eni ĩper=
fecta ẽ ĩhoneſta: ꝑ has aũt q̃ttuor ꝟtutũ ſpecies fit honeſta: q̃ le=
gibꝰ circũfulcitę preciſis ſũt: qbꝰ mediãtibꝰ homo recte viue=
re põt Caueat ergo hõ ne ꝟtutes diſcere ceſſet. Vñ Petrꝰ de ri=
ga ĩ biblia verificata. Te decet hic vt eas feſtino currere greſſu.
Virtutũ ſuꝑ ad meliora celer. Quia hõ (vt ĩqt doctiſſimꝰ Varro ĩ
ſuis ſẽtẽtiis) ad hoc natꝰ ẽ vt proficiat ĩ moribꝰ. Studeat ergo
qſq̃ ꝙ ĩ ꝟtutibꝰ & moribꝰ abũdat: cũ aſſiduitas tꝑm a moribꝰ
manat vt ĩqt Sene. ĩ epl̃a q̃dragesĩa ad Lucillũ: vbi põit moris
deſcriptõem. Dicẽs mos eſt mẽtis hitꝰ ex quo operũ aſſiduitas
manat. Gaudiũ eni in ipſis cõſiſtit. & etiã vt ĩqt Lactãtius ĩ li=
bro de vero cultu dei. Virtutes ad beatã vitã perducũt: quã no=
bis dignetur cõcedere: qui in ſecula ſeculorũ eſt benedictus.

FINIS.:.

969 7e pièce

Bradwardin (Thomas).

Arithmetica. (Paris, 1498) in 4.

Double du 802 A 3e pièce

Echangé en 1895 avec la

Bibliothèque Nationale.

BIBLIOTHEQUE

[illegible] liber [illegible]
[illegible] Anno [illegible]